orum. s. hominũ psecutor. ecce tercium
Quia sicut dicitur Malach. vlti. Cal
cabunt impios. cum fuerint sicut cinis
sub pedibus eorum. Virgaz dominan
tium cedentẽ populos. Hec est mors
omnitũ dñantiuz dña. ecce quartum. q̃
tunc conteretur. quia mors nõ erit vl
tra. Sicut dicit in Apo. xxi. Itẽ cõ
solat in exhibitione boni cũ dicit. Sci
te quia ppe est regnum dei. In cui?
adeptione sanctis quadruplex cõsola
tio occurrit. Primum est obuiatio. i.
Thess. iij. Simul rapiemur cum illis.
Secundũ honorabilis a christo collo
catio. qz statuet oues a dex. Tercũ est
blanda allocutio siue cõmendatio. cũ
dicit. Esurui et dedi. mihi manduca.
Math. xxv. Quartum felix retributio
cũ dicit Venite benedicti patris mei pci.
reg. Ad quod nos pducat.

De euangelio.
Sermo VI.

Erũt signa in so
le et luna. Lu. xxi. Duo innu
untur in hoc euangelio. Pri
mo enim ponitur signũ potestatis iudici
arte. Secundo signũ bonitatis iudicis
Primum est terroris. qz erũt signa in
sole et luna. Secundum cõsolationis.
quia his fieri incipientibus re. t leua.
ca. ve. tẽ. C Circa primũ nota q̃
hic ponunt signa iudicij et signa iudi
cis. Signa iudicij inaudita propẽ tria
Primo ppter generalẽ cõmotionẽ
Mouebitur enim creatura insensibilis.
rationalis et intellectualis. Primo in
sensibilis mouebit. Tum ex superiori.
quia in sole t stellis. Joh. xij. Sol cõ
uertet in tenebras. Tum ex inferiori. quia
in terris pssura gentium t in mari cõ
motio. Esa. xxiij. Luxit t elanguit ter
ra. Secundo rõnalis mouebit. Tũ ex
interiori. quia arescentibus hominib?
Heb. x. Terribilis quidem expectatio. Tum
ex exteriori. qz pressura gentium. Sur
get enim gens cõtra gentẽ. Tercio intel
lectualis mouebit. tum ex cõuersione
ad suũ supius exhibendo reuerentiam
Job. xxvj. Columne celi contremiscũt
Tum ad suum inferius ereqndo iusti
ciam. Math. xxv. Exibunt angeli t se
parabunt ma. Et hoc notat ibi. Nã vir
tutes celorum mouebunt. Totũ enim vniuersum
mouebitur ad aduentum auctoris sui.
Exemplũ ca. iij. E Secundo pro
pter terribilẽ expectationẽ. pro quo di
cit Arescentibus hominibus. Terribi
lis inq̃ expectatio iudicij comminata
Terribilis expectata. Sed q̃ terribilis
adimpleta. Unde tria ponit. Arescenti
bus pre timore ppter cõminationem.
Abac. iij. Audiui t cõturbatus est ven
ter meus. Et expectatiõe propter ipsaz
prestolationem. Prouer. xj. Prestola
tio impiorum furor. Que superuenit
propter ipsam adimpletionem. Ro. j.

Reuelabitur ira dei sup omnem impietatem. Tercio ppter horribilē visionem. Vñ illud Sap. vj. Horrendus et cito apparebit vobis. Q̄ horrendum tunc quando de superius erit iudex iratus. Amos. iij. Leo rugiet. quis non timebit. De inferius infernus paratus. Math. xxv. Qui paratus est diabolo. De interius cōscientia mordēs Ro. ij. Testimoniū reddente cōscientia eorum. De exterius mundus ardens. Psal. Ignis ante ipm̄ p̄ce. t infla. Videbunt autem eum omnes gentes que non crediderunt. Apoc. j. Videbit eū omnis oculus. Itez iudei qui eum crucifixerunt. zach. xij. Aspicient eum quē pupugerunt. Item christiani qui contempserunt. Hebre. x. Irritam quis faciens legem moysi sine vlla miseratione moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit t sanguinē pollutuz duxerit in quo sanctificatus est Apoc. vj. Tunc dicent montibus cadite. Exemplū. ca. ij. A. ¶ Signa vo iudicis inopinata. Unde Videbunt filiuz hominis. vbi tria videnda ostendit christus. Primo naturā quā assumpsit. vñ. filium hominis. que aliquādo posita fuit in signum humilitatis. Luc. ij. Hoc vobis signum t̄c. Hec fuerūt tūc eius signa. paruulus natus. pannis inuolutus. in p̄sepio positus. Sed mō est posita in signū potestatis. Math. vlti. Data est mihi omnis potestas. Secundo gratiā quam impendit. Vñ Venientez in nube. Illa enim nubes erit in refrigerium bonis. et in incendium malis. Esa. xiij. Erit in vmbraculū diei ab estu. s. bonis. Job. xx. Pluet super eos bellū. s. super malos. Hec gratia figurata est in nube precedēte filios israel. Sed tūc mutabit tempus malis quādo nubes illa apparebit.

Tercio gloriam quam accepit. Vnō In potestate magna. Et sunt tria signa irrefragabilis potestatis. Primū pertinet ad vexillū. Math. xxv. Tūc apparebit signum. Secundū ad exercitum. Mat. xxv. Omnes angeli cū eo. Terciuz ad triumphū. Esa. xxxij. Regem in decore videbunt. ¶ Circa secundum nota q̄ dominus consolat̄ suos tripliciter. Primo cautos facit de periculo. Ibi Respicite. Psal. Dedisti metuentibus te t̄c. Secūdo suspēsos de p̄emio ibi Leuate capita vestra Phil. iij. Saluatorē expectamus. Tercio certos determino. ibi. Appropinq̄bit re. ve. Mat. xxiij. Propter electos breuiati sunt dies. Rogemus ḡ t̄c.

De euāgelio: Sermo. VII.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cū ptāte magna. Luce. xxj. ¶ In his verbis tria innuntur. Primo videlicet christi ad iudicium aduentus. cum dicit. videbūt filiū ho. ve. Secundo veniendi tempus. cum dicit. Tunc. Tercio venē di modus. cum dicit. cum potestate magna. ¶ Primo ergo ostēditur eius aduentus. ostendit inquā ingratis hominibus de suis beneficijs terribilis. Sicut enim beneficia homini multa contulit per creaturas t p semetipsū seruiendo sic terrebit ingratum per omnez creaturam sibi exhibitam t tandem p semetipm̄. De primo agit in principio euangelij. ibi Erunt t̄c. De secundo ibi. tunc videbūt Sicut primo seruiunt p creaturas. quia omnē creaturaz visibilem fecit propter hominē. sic primo impugnabit ingratus per creaturas. Armabit enim creaturas in vltionez inimicoruz. et pugnabit cum eo oī. ter. Jure enim ingratum oīa feriunt vt quot in hoc mundo a creaturis habuit solacia. tot post sentiat tormenta. Infert aūt creatura p̄m omnem situm suum turbationem. s. a superiori. Unde

Erunt signa in sole et lu. s. signa in testimoniū. ⁊ signa in tormentum. In signum testimonij culpe hominum erubescet sol. et confundet luna. Esa. xxx. In signum tormenti conuertet sol in tenebras et luna in sanguinez. Joelis. ij. Ab inferiori erit pressura cōmotionis in terra ad euomendū impios. q̄si impatiens plus eos sustinere in se. de quorum sanguine inebriata est. Esa. xxiij. Cōmotione cōmouebitur terra. Ab exteriori erit pressura belloꝝ. Surget enim gens contra gentez. Imo q̄ plus est tradet pater filium et econuerso. et inimici hominis domestici eius. Et ex istoꝝ confusione pre timore arescet in semetipso omnis homo. Unde arescentibus hominibus. Nec mirum quia ideo et arbusta sudabunt sanguine. Et post q̄ creatura pugnauerit veniet ipse ad iudicium. Et ipsius aduentus tangiturin premissis verbis. cū dicit. venientem. ℣ Secundo ostēdit veniendi tempus. cum dicat. tunc. i. post pugnam creaturarum. O q̄ durū erit tunc. Durum enī esset in hoc mundo appere in iudicio. vbi de culpa nulla esset spes venie vbi non prodessent omnia per que culpabiles plerunq̄ solent euadere. videlicet allegatio. suppli catio. redemptio. potentia. ⁊ fuga. que omnia in christi iudicio frustrabuntur Non ergo iuuabit ibi allegatio. quia ibi deficient substantialia allegatiōis. scilicet ratio et sapientia. Legistam enī oportet rationabiliter et sapienter allegare. Sed neq̄ ratio neq̄ sapientia sunt apud inferos quo tu pperas. Unī Bernī. Veniet dies illa in qua plꝰ valebunt pura corda q̄ astuta verba. conscientia bona q̄ marsupia plena. quo niam quidem iudex ille non fallit ver bis nec flectitur donis. Hoc debent attendere qui multo tempore studēt in philosophia et nunq̄ in bona vita. Item redemptio ibi non reputabitur. ꝓuer. xj. Non proderunt thesauri iniq̄ tatis. Hoc deberent auari attendere q̄ in cassum thesaurum quotidie cumulant. Item supplicatio ibi non exaudietur. ꝓuer. j. tunc inuocabunt me ⁊ non exaudiam ⁊c. Item deberent auertere qui deum multum misericordē dicunt et in spe misericordie a peccato non recedunt. ℣ Tercio innuitur veniendi modus. q̄ cum potestate magna. Unde per potētiam nullus se eripiet. quia iudex veniet cum potestate magna cui nemo ibi resistere poterit. Unde potentes potenter ibi tormenta patientur. ⁊ fortibus fortior instat cruciatio. Unde stulti sunt principes mūdi qui nō curant qualiter dilatant terminos potentie suc. Que potentia et hīc est momentanea et ibi nō profutura. Et fuga ibi nō patebit. quia vbiq̄ coangustabit peccatoꝝ. sicut dicit anselmus. Supra erit iudex iratꝰ. infra infernus hyans. a dextris peccata accusantia. a quibus si possz libenter se abscōderet ⁊ negaret. Sed iuxta prophetam. Quomodo si deprehenditur fur et confunditur. sic cōfundetur domus israel pro suis iniquitatib⁹. Mos enīz est vt furtum furibus. in humeris appendatur. ⁊ sic confusi ducantur ad supplendium. Sic inuolute sunt et cōposite collo meo iniquitates mee. Sicut dicit Hieremias. Heu quāta erubescētia coram deo et angelis. coraz vniuersis iustis et reprobis nuduz in iudicio cum multis abominatiōibus apparere. Primi parētes licz soli essent in paradiso. propter vnius pomi iniquitatem cum cognouissent se nudos pudēda cooperiētes perizomatibus abscōderunt se in medio paradisi. Reprobus autem in iudicio nec abominabilia potest cooperire. nec se cū ipsis abscondere. Et a sinistris erunt infinita demonia publicationem sententie expectātia. Quid circa se. i. añ ⁊ retro vidēbit mundum ardentē. Pectoꝝ sic deprehensus q̄d faciet. Here tabescet vniuſ

cuiuscp caro stantis supra pedes suos. sicut dicitur in zach. quouscp p verbuz asperū dānati. s. ite maledicti. peccatis grauati. cadant casu perpetuo in infernum. Tunc infern⁹ insatiabilis ab imitio mundi inhyans claudet os tanq̄ satiatus. t dñs cum potestate magna sic confortabit feras portaruz eius. vt nec diabolus nec homo pl⁹ exeant nec amplius inde videant sicut modo faciunt. quia modo vident gloriā sanctoz ℣ q̄durus est hic sermo. quem si peccator aduerteret nunq̄ modo tā letus esset. quia et iusti recogitantes diem iudicij pre timore contristant. Exemplū de quodam rege grecie.

¶ Dominica tercia aduentus de epistola.

Sermo. VIII.

SIc nos existimet homo vt ministros christi. j. Coz. iij. ¶ Quoniaz sm sanctos in presenti nullus status spūalis potest esse indifferens. q̄n sicut seruire debeamus adeo apl's in premissis verbis hortat primo nos vt pot⁹ christo q̄ alteri seruiamus. cum dicit. Sic nos existimet homo vt ministros christi. non mundi. non diaboli. sed christi. Secundo vt hocipsum seruitū fideliter expleamus. et hoc innuit cum dicat Hic iam q̄ritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniat. ¶ Vere acquiescēdum est apl'o vt potius christo q̄ alteri seruiamus triplici ratione. videlicet quia iustū. quia honestū. et qz vtile Justū tripliciter. ¶ Primo quia nos creauit. Secūdo quia redemit. Tercio quia nobis seruiuit. Vere iustum est ei seruire. quia nos creauit. Unde ps. Seruite dño in leticia. Et subdit. Scitote quia dñs ipe fecit nos. Tarissimi indignum esset cuilibet si res ad suum ministerium facta contempto eo alteri deseruiret. sic et ipse p moysen de talibus dic. Prouocauerūt me in dijs alienis. et obliti sunt creatoris sui. ¶ Item secundo iustum est ei seruire. quia redemit nos. Unde apostolus. j. Coz. vj. Empti enim estis precio magno. Et subdit ministerium. Glorificate et portate deū in corpore vestro. Que redēptio quanto fuit cartor. quia nō corruptibilibus auro vel argento sed precioso sanguine. tāto offensa grauior si alteri et nō sibi seruiremus. Un Bern. in persona christi dicit. Quid est q̄ inimico meo vestroq̄ libet seruire magis q̄ mihi. Non ille vos pascit. non ille tēpa vestra disponit. non ille vos redemit. sed ego. ¶ Item tercio iustum est est ei seruire. quia nobis seruiuit. Unō in Luc. xij. Ego sum inter vos quasi ministrator et seruiui vobis in purgatione luti spiritualis. Unde Esa. Seruire me fecisti in peccatis vestris. Et q̄ laboriose seruiuit ostendit ℣ Petrus. quia peccata nostra in ligno pertulit. quādo pro peccatis nostris passus fuit. ¶ Secundo ministrandū est christo quia est honestum. Si enim honestuz est nobilibus huius seculi et principibus seruire. multo fortius honestuz est illi seruire qui est rex regū et dominus dominantium. Cui seruire sm Greg. regnare est. Unde beata agatha dixit. Summa ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur. et maxime quia ipse suos ministros non seruos vocat sed amicos Joh. xv. Jam non dicam vos ser. sed amicos. Unde in Ecc. xxiij. Gloria magna est sequi dominum. ¶ Item tercio ministrandum est pot⁹ christo. quia vtile. Et q̄ vtile tangit dominus in Johāne. Si quis mihi. mini. honorificabit. cum pater meus. Honorificabitur autem tripliciter. In morte per ministerium angelorum. Luce. xvj Factum est autem vt more. mendicus et porta. ab angelis. Vere solacium est non solum diuitibus sed etiam mendicis. q̄a tātis principibus deportari debent. scilicet angelis. Exemplum ca. j.

H.L. Item honorificabit eos in iudicio. O quantus honor in illo generalissimo colloquio quādo collocabit eos a dextris. ⁊ coram toto mūdo ipsoꝝ ministeriū cōmendabit dicens. Esurivi ⁊ de. mi. man. Hanc cōmendationē appetere deberent qui hic tornamenta. ⁊ alios ludos faciūt. ⁊ laborēt vt tpaliter laudentur ⁊ quoꝝ postea mēoria pareat cū sonitu cāpanaꝝ. Itez honorabit eos regnum celeste cōferendo dicens. Venite bñ. pa. m. pci. reg. ⁊c. Si tantū ministeriū impēdit a seruientibus suis dñis ꝑ vna villa vel duabus. mlto magis impenderēt ꝑ vno regno tpali si illud scirent se adipisci. Cū maxmū tūc deberent ministeriū impendere deo ꝑ illo regno celesti ⁊ meffabili. in q̄ ipse creatoꝝ ministrabit eternaliter eis. Et transiens inquit. Luc. xij. m ministrabit eis.

K Postq̄ aūt aplus hortatus est ministros xp̄i nos esse. cōsequenter hortatur nos vt ip̄m ministerium fideliter adimpleamus. cū dicit. Hic iam queritur inter dispensatores vt fide. quis inue. Sic ⁊ xp̄us querit inter suos dispēsatores. vt in illis que eis ad ministrandum cōmisit fideles inueniant. Cōmisit aūt tria. s. res corpus ⁊ aiaz. vt scz rebus fruatur in elemosynis. Juxta illud Luc. vj. Omni petenti te tribue. Exemplū ca. iij. M. Corpe vo in diuersis obsequijs. Juxt illud aplī Ro. vj. Sicut exhibuistis corpa vestra seruire immū. ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie. Sed spū in diuino amore ⁊ desiderio. Juxta illud quod dicit aplus Ro. j. Cui seruio in spū meo. Et alibi. Spiritu feruentes dño seruientes. Exemplū ca. j. D. Quoꝝ triū si vnū in ministerio xp̄i subtrahitur infidelis iudicat. Magnū q̄dem in rebus ministeriū ß in corpore maius. ß terciū in spū maximū.

De euāgelio. Sermo. IX.

QUid existis in deserticm videre arundinē vento agitatam. Matth. xj. K In his verbis cōmendat a dño iohānes baptista Que cōmēdatio triplici de causa ē cōmendabilis. vicz quia vera. discreta et cōdigna. Vera ⁊ discreta ex pte cōmendantis. Condigna ex pte cōmendati. Verax ex pte cōmendantis. quia ihesus qui solus veraciter veritatē nouit ⁊ nil tempale ꝑ cōmendatione requirit cepit dicere ad turbas de iohe. scz eum cōmendando Joh. iij. Ego sum veritas Aplus Ro. iij. Omis homo mendax deus aūt verax est. Discreta etiā ex pte cōmendantis quia more sapientis discrete cōmendauit. vt eñ vitaret suspitionem adulationis nō ꝑsentem nec in ꝑsentia suoꝝ discipulorū iohem voluit cōmendare sed in absentia. Unde illis abeūtibus cepit dicere ad turbas. Cōdigna ex parte cōmendati. Dignuz eñ fuit vt iohānes lucerna lucens ⁊ ardēs a sole iustitie cōmendatus poneretur supra candelabꝝ ostēsionis. vt vita sua luceret eis qui xp̄m reprobabant. quibus ⁊ dignitas vite ipsius ostenditur. cum dicitur. Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatā. Fuit in deserto quidez iohānes sed arundo deserti nō fuit. M Mundus dicitur desertū quasi deserens xp̄m. ⁊ p cōsequens deserens omne bonū. In hoc deserto peregrinant ⁊ affliguntur filij israel. in quo est serpens fiatu adurens superbie. Scorpio luxurie capite illudens ⁊ cauda pūgens. Et de ipsas auaricie qui lesos nimis sitire facit. Quia Joh. iij. dicit. Omne quod est in mundo aut est cupiscentia carnis aut concupiscentia oculoꝝ aut supbia vite. In quibus omnibus beatus iohānes dño teste mancs in mūdo immunis fuit. Nō eñ sic dicit dñs arundo fuit in luto radicatus ꝑ luxuriā. quia virgo. Intus vacuus per auaricia quia tempalia tanq̄ stercora reputans desertuz petijt. Nec vento agitatus per superbiā. quia humilia semp concupiuit. Unde vestiebatur pilis camelorū ⁊ alijs vilibus. Et

quia oñibus in vita dissimilis fuit ꝺ̃o pre omnibus a dño dignus fuit cõmẽdari. Non debemus esse arundo radicati per luxuriam illis consimiles. de q̃bus Joelis. j. Computruerũt iumẽta in ster. suo. Vocaui per auariciã. Ecc̃. v. Auarus nõ implebitur pecunia. Vẽto attati per superbiam. Ecc̃. v. Non ventiles te momnẽ ventum. Ista enim tria sunt que ꝓpediũt inuitatos ad eternum conuiuiũ venire. scz luxuria. auaricia ⁊ supbia. ¶ Luxuriã primo pono. Hec ẽ emñ familiarior pestis sed grauior ceteris. familiarior est habitans nõ ꝓcul sed ꝓpe. nõ exterius ꝙ interius. nam virtus eius in lumbis ei⁹ ⁊c̃. Grauior est ceteris. quia cum oñe aliud peccatum facit homo extra corpus peccat. qui aũt fornicatur in corp⁹ suum peccat. Quod sic exponit Aug⁹. quia in omni alio peccato ratio hois libera est. In fornicatione aũt adeo absorbetur homo. vt totus homo nõ aliꝺ sit q̃ caro. Unde ⁊ inter inuitatos cum se aliy rogarent excusari. ille qui vxorez duxit no rogauit. Unde beatus ioꝺes inter tria mundi delectabilia. primo cõcupiscentiã carnis posuit. Luxurari emñ est pestis amara que animã cõmaculat corpus eneruat. bursaz euacuat. formã destruit. formã perdit. deum amittit. ꝓximũ offendit. ⁊ ad ignem gehenne ꝓducit. hec omnez etatem corrumpit. ⁊ omnẽ sexum soluit. omnẽ gradum peruertit. inuadit. senes ⁊ iuuenes. mares ⁊ feminas. nõ reuereẽ regum purpurã ⁊ pauperũ fraglorẽ nõ abhorret. ⁊ q̃s potest eius diuersas pestes explicare. Hec pentapolim cũ adiacenti regione subuertit. Hec her ⁊ onã filios iude ꝓcussit. tribum beniamin ꝓ vxore leuite deleuit. filios hely sacerdotis in bello ꝓstrauit. viam occidit. amon interfecit ꝓsbyteros lapidauit. samsonem seduxit. salomonẽ infatuauit. ⁊ multos vulnerauit. ⁊ fortissimi quiq̃ ceciderũt per eam. ¶ Et vt mundus melius vacet libidini ꝓpter nutrimentũ voluptatis se conuertit ad auariciã. Unde poeta. Diuitijs aliter luxurioſus amor. Et satyricus. Nullum crimen abest facies q̃ libidinis ex quo paupertas antiqua parit. Legitur de romanis quondã pauperibus. Auaricia emñ radix est omniũ malorꝫ. Hec est arũdo vacua. quia auarus nunq̃ impletur pecunia. Vt abyssus insatiabilis que nunq̃ dicit sufficit. Quia quo plus sunt pote plus sitiunt aque. Terra suis limitibus artat. Aq̃ suis finibus limitatur. Aer fine suo clauditur. Auaritia nullo fine termiat. Et quare. Quia hũanus animus nullius capax est finaliter nisi solius dei. Nõ potest ergo plenus esse quãtũcũq̃ habeat nisi deũ habeat cuius capax est Si vis ḡ sanari desinas ee̊ cupidus qz dũ cupid⁹ fuerꝭ sanari nõ poterꝭ. ¶ Pro hac auaritia homo laborans mutat regna. patitur naufragia. ad mendacium currit. federa rumpit. amicitias soluit. vincula cõsanguinitatis dissoluit. auarus offendit deũ. offendit ꝓximũ. offendit seipsum. Nam deo detinet debita. ꝓximo denegat sua necessaria. sibi subtrahit opportuna. quia inuẽtis miser abstinet ⁊ timet vti. Auarus ad petendũ ꝓmptus ad dandum tardus. ad negãdum ꝓsumptuosus. Si quid expendit quasi totum amittit. quia grauis torquenẽ auari amissi memores q̃ delectẽtur habendo. Tristis querulus solicit⁹ suspirat magnificat datũ. vilificat dandum. largus in alieno sed parcus in ꝓprio. Manũ habet ad dandum collectam. sed ad accipiendum apertã. Sed certe cum interierit nõ sumet oñia neq̃ descẽdet cum eo gloria eius. Sed relinquet alienis diuitias suas ⁊ sepulcra do. eorum. ⁊ in bonis suis luxuriabiꝫ alius. ¶ Postq̃ autem auarus ditatus fuerit tendit ad honorem. in supbia extollitur ꝓsumens se meliorem. q̃ cernit se superiorem. ¶ Prozes dedignatur amicos notos ignorat hesternos comites cõtemnit antiquos. vultum peruertit. ceruicem erigit. grandia loquit.

sublimia meditatur. subesse nõ patitur preesse molitur. Sed certe vidi impiũ superaltatum ⁊ transiuit ⁊ ecce nõ erat.

Dñica quarta aduentus de epistola.

Sermo. X.

Gaudete in domino semper iterum dico gaudete Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dñs ppe est. nihil solliciti sitis. sed in omni obsecratione ⁊ oratione petitiões vestre innotescant apd deum. Phil. iij. In his verbis apostolus quatuor facit. Primo ad gaudium spirituale inuitat. cum dicit. Gaudete in dño semper iterum dico gaudete. Secundo causam gaudij innuit cũ dicẽ dñs ppe ẽ. Tercio impedimentũ gaudij notificat cũ dicit. Nihil solliciti sitis Quarto ꝓmotionẽ gaudij demõstrat. cum dicit. Sed in omni oratione ⁊ obsecratione pe. ve. innotescant. ¶ Inuitãdo ergo ad gaudium spirituale dicit. Gaudete in dño nõ i mũdo nec in peccato sicut impij faciunt. De ꝗbus Prouer. ij. Letantur cum malefe. ⁊ exul. in rebus pessimis. Hoc gaudium est miserabile. Tale em̃ ẽ ac si aliquis gauderet. si ceciderisset in lutum fetidissimum. Peccatũ em̃ ꝙ immundissima res sit patet in angelo quem sic deturpauit. Unde Esa. xiiij. dicit. Lucifer ppter pulcritudinẽ. ⁊ post casuz sequit ibi. sanie obuolutus ppter turpitudinem. Itẽ gaudete in dño. non in mõdo sicut gaudent mundani qui in tribus gaudent. sicut habetur Iere. ix. Non glorietur ꝺ̃t sapiens in sapientia sua. neꝙ fortis in fortitudine sua. neꝙ dives in diuitijs suis. Hoc enim gaudium est vanum ⁊ mane. Nam sapientia mundana stultitia est apud deuz. Sicut dicit apostolus. Ipsa est enim sicut ligni putridi lumen. quod apparet in nocte sed non de die. In tenebris enim presentis vite videtur sapientia. sed in futuro apparebit ꝙ est insapientia. Propter quod dicitur Ecclesiast. ix. Ne ratio nec sapientia est apud inferos quo tu ppcras

De fortitudine etiam corporis nõ est gaudendum. Quia fortioribus fortior instat cruciatio. Sicut dicitur Sapiẽ vj. Et quia gaudere de fortitudine corporis non est gaudere nisi de fortitudine sui aduersarij. Corpus enim spiritui semper aduersatur. Sicut dicit apostolus ad Gal. v. Exemplum in ꝓpriꝓtuario capitulo. j. B. De diuitijs nõ est gaudendum. quia non proderũt in die vltionis. Sicut dicitur Prouerbi. xj. Et etiam quia gaudere de diuitijs. nõ est nisi de hoc gaudere ꝙ habet molam magnam ad collum vt citius demergatur in ꝓfundum inferni. Unde Job. xxj. Ducũt in bo. di. sui. ⁊ in punc. ad inferos descendũt. Unde Luce. xvj Mortuus est dives ⁊ sepultus in inferno. Unde cum predicta gaudia sint vana. Apostolus ad verum gaudium inducens ait. Gaudete in dño Abac. iij. Ego aũt in dño gaudebo. Et Esa. Gaudens gaudebo in domino. ¶ Causam autem huius subdit cũ dicit. Dñs ppe est. Hec ẽ em̃ causa gaudij. scz ipsius ꝓpinquitas. Est autẽ duplex ipsius ꝓpinquꝰ aduentus de quo debemus gaudere. Videlicet aduentus redemptionis ⁊ retributiõis. Pro tanto apostolus ingeminat gaudium dicens. Gaudete in domino iterum dico gaudete. De primo scz redemptionis aduentu quo venit in carnem dicitur. Mathei. xxj. Dicite filie syon ecce rex tuus venit tibi. id est pro tua redemptione. Venit enim tunc filius hominis querere ⁊ saluuz facere quod pierat. Qui aduentus prope est per repreſentationem. Hec est enim propinqua dominica natiuitati. De cuius aduentus propinquitate multum debemus gaudere. Unde ⁊ angelus dixit pastoribus Annũcio vobis gaudium magnum. quia natus est vobis saluator.

¶ De secundo aduentu scz retributionis quo veniet ad iudicium. ⁊ de ppinquitate eius dicitur Apo. vlt. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecuz est. Et de hoc aduentu multum debemus gaudere ꝓpter retributionē. Unde Math. v. Gaudete ⁊ exul. ecce mer. ve. multa est in celis. Uere multa. quia ipse deus q̄ erit omnia in oīibus. Unde Geñ. xv. Ego merces tua magna nimis. Gaudete ergo ꝓ aduentu redemtionis. itez dico gaudete ꝓ aduentu retributionis quia ꝑm vtrūq; aduentū dñs ꝓpe est.

¶ Tercio impedimentū huius spiritualis gaudij demonstrat. cum dicit. Nihil solliciti sitis. Solicitudo eñ tēporaliū ⁊ carnaliū est maxīmū impedimentū gaudij spūalis. Gaudium eñ spūale vni deo inniti℞ sed solicitudo trahit ad diuersa. Et hoc inuit dñs in Maria ⁊ martha. Nam maria vni deo vacabat ad eius pedes sedendo ⁊ in illo gaudebat. ꝓpter hoc dixit xp̄us Mozro vnū est necessariū. scz illis qui spiritualiter volunt gaudere. Sed martha circa plurima ꝰsabatur. ⁊ ideo nō gaudebat sed turbabatur. ideo dixit ei dñs. Marta solicita es⁊ turba. cr. plu. Unde ⁊ dñs aplis vt spūaliter gaudere possent ꝓhibuit tempalem solicitudinē dicens. Math. v. Nolite solliciti esse dicētes quid man. aut quid bi. Neq; corpori vestro ād indua. Et post subdit de spūali gaudio dicens. Primum querite regnum dei. Exemplū in ꝓmtuario. ca. xvj. A.

¶ Quarto ostendit gaudij ꝓmotionē esse deuotionem cum dicit. Sed in oīi obsecratione ⁊ oratione ⁊ gratiarūactione petitiones vestre innotescant apud deū. Deuotio eñ est feruor bone volūtatis quē mēs cohibere non valens certis manifestat indicijs. Et ponit aplus in p̄missis verbis tria indicia deuotionis. scz orationem. obsecrationem. ⁊ gratiarūactōez Oratio est cum deo familiaris locutio Sed obsecratio est maioris instantie locutio. Unde dicit. Obsecratio quasi ꝓ sacra adiuratio. sicut cum dicimus. ꝓ passionem tuam. vel ꝓ aliud cōsimile. Gratiaꝝ vero actio debet esse de pceptis. siue ꝓsperis siue aduersis. Ad p̄dicta monet aplus Col. iiij. Orationi instate ⁊ vigilate in ea in gratiarū actione. Per hoc eñ multū ꝓmouc℞ gaudiū spūale. Unde ps̄. Exul. la. me. cum cantauero tibi. scz ꝓ orationē obsecrationem ⁊ gratiarūactionem. Unde augustinus de doctrina xp̄iana. Cuz deo nihil digne possum⁹ facere admisit tamen humane vocis obsequiū. ⁊ verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Exemplū in ꝓmtuario. ca. xv. B. Aliud exemplū ibidem. ſ. Gaudete ergo in dño predicto modo. iterū dico gaudete. Quod gaudiū spūale nobis p̄stare dignetur. qui viuit ⁊ regnat.

¶ De epistola. Sermo. XI.

Gaudete i dño sp iterum dico gaudete. vsq; nihil sol. ⁊c̄. Phil. iij. In hac epistola inuitat nos apostolus ad gaudium spirituale. Et inuit nobis circa ipsuz quatuor necessaria. Uidelicet gaudij materiam. frequentiam. discretionem. ⁊ causam. Primū scz gaudij materiam cum dicit. In dño. Secūdū scz gaudij frequentiam vel pseuerantiā cum addit. Semp. Tercium scz gaudij discretionem subtūgit cum dicit. Modestia vestra. Quartum scz gaudij causam ostendit cum ait. Dominus ꝓpe est.

¶ Uolentibus ergo spiritualiter gaudere. Primo ponit apostolus gaudij materiam tanq̄ fundamentū. ne aliam gaudij materiam sicut quidam faciunt amplectantur. Quidam eñ gaudent in inferioribus. id est in peccatis scz luxurijs. ebrietatibus ⁊ consimilib⁹ De quibus in Prouer. ij. Qui letantur cum ma. ⁊ exul. in re. pes. Quidam in exterioribus. id est tempalibus. qui ꝑm ps̄. In multitudine diuitiarum suaruz

glam. Quidam in interioribus.id est bona conscientia. Secura cū mens est quasi iuge cōuiuiū pś. omnis gloria ei⁹ filie regis abintus infim. au. Quidaz in superioribus. id est in dño ꝛ in gloria eius. De quibus Abac.iij. Ego aūt in dño gaudebo. Primū gaudiū est damnabile. Tenent cū tympanū ꝛ cytharā ꝛ gaudent ad sonitū orgami ꝛ in pūcto ad infernū descendunt. sicut dicit Job. xxj. Idez. Gaudiū hypocrite ad instar puncti. Secundū gaudiū est detestabile. quia nō in veritate ꝫ in vmbra gaudent. Unde. Sap. v. Transierūt omia tanq̄ vmbra. Et amos. vj. Qui letami ī nihili. Terciū gaudiū ē approbabile. Quia sicut dicit in Prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridā facit. Et aplus. ij. Corīn. j. Gloria nostra hec est testimoniū pscientie nostre. Quartū gaudiū est laudabile. quia in eternis est. Quod oculus nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit. Ad hanc vltimā ꝛ felicioꝛem gaudij materiā hortat nos aplus cum dicit. Gaudete in dño. vt dñs quo nihil melij⁹ materia sit gaudij. ¶ Sed quia parum est ad tps gaudere in dño ꝛ tempe temptationis recedere. ideo psequenter adiūgit gaudij frequentiam vel pseuerantiā cū dicit. Semp. Tho. iij. Mīi tempe benedic deū. Quātū cū malū sit in hac gaudij materia nō pseuerare. modo iudas sentit qui vnus de discipulis fuit. quando dñs dixit de eoꝛ gaudio. Non pōt filij sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus. Et qz nō pseuerauit melius ei esset si natus nō fuisset. sicut ꝛ angeli q̄ de tali gaudio ceciderunt. Quid aūt hoīem in hoc gaudio pmoueat. consequenter ostendit cum dicit. Modestia vestra nota sit oīm hoīb⁹. Modestia siue modus discretionis. nō tm̄ pncipia verum etiam rerum exitus metitur. Multi enim in inchoatione facti moduz nō habentes. non perueniunt ad finem facti. Unde ꝛ primus angelus. quia minis in principio in gaudio dilatare se voluit ad finem gaudij non peruenit. Substantia cū ad quā festinatur minuetur. Sicut dicit salomon Prouer. xxv. xij. Unde ꝛ poeta dicit. Est modus in rebus sunt certi denicq̄ fines. Quos vltra citraq̄ nequit cōsistere rectū. Modestia ergo vestra nota sit omnibus hominib⁹. rationabile obsequium vestrum ostendentes. ¶ Causam autem huius tanti gaudij subiungit cum dicit. Dominus ppe est. quia in ventre virginis per carnem assumptam. In mente hominis per gratiam In morte cuiuslibz per particulare sententiam. In fine mundi per vniuersale iudicium. ¶ Primo modo est prope quia hec est vltima dñica in cuius hebdomoda saluatoris natiuitas recolit. Cant. ij. Ēn ipse stat post parte. Secundo modo ppe est scilicet per gratiā Quia dicit in Apoc. iij. Ego ad ostiuz sto ꝛ pulso. Tercio modo est ppe scz per mortem. Sicut dicitur in Matheo iij. Jam securis ad radicem. posi. est. id est sententia mortis. Ex quo cū homo nascatur secum portat mortis sententiā Unō Luce. xij. Qua hora nō putatis filius hominis veniet. Ultimo modo ppe est per vniuersale iudicium. quia nos sumus in quos fines seculoꝛū peruenerunt. Nos ergo in domino non extra dominū manentes de prima ppinquitate scilicet festiuitatis debemus gaudere ppter saluatoris nostri natiuitatē Luc. ij. Annuncio vobis gaudium magnuz quia natus est vobis saluator. De secunda ppinquitate scz gratie debem⁹ gaudere ppter ipsius consolationem Job xvj. Paraclitus quez ego mitto vobis ille vos docebit omnia. ꝛ suggeret. De tercia ppinquitate mortis debem⁹ gaudere ppter exilij euasionem. Pś. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et apostolus. Cupio dissolui. ꝛ esse cum christo. De quarta ppinquitate scz iudicij debemus gaudere. ppter

corporum glorificationem. Quia sicut dicitur Math. xiij. Fulgebũt iusti sicut sol. Et ꝓpter laboꝝ remunerationem. ℣s̃. Venientes aũt venient cum exul. portantes manipulos suos. Ad quam exultationez vt in ipso semp possimus gaudere. nos perducat gaudij auctor ihesus xp̃us. Qui viuit.

De euãgelio. Sermo. xii.

Ego vox clamantis in deserto parate viam dñi. rec. fa. se. dei nostri. Joh. j. ℣ In ꝓphete t euãgeliste duo debemus cõsiderare. Et primũ de clamore quẽ tangit cũ dicit. Ego vox cla. Secũdum de clamoris intentiõe quã inuit cũ subdit parate viam dñi rec. fac. se. dei no. ℣ In primo innuũt duo vicz iohis officiũ. t hoc in vocis compatione cũ dic Ego vox. Et xp̃i beneficiũ in ipsius clamatione cum dicit. clamantis. id est xp̃i Johes autẽ compatur voci ꝓ officium multipliciter. Et primo quia missus fuit ante xp̃m sicut vox ante verbũ. Unde Luc. j. dicit. Ipse p̃cedet ante illum in spiritu t virtute helye. Item dicia vox iohes. Quia sicut vox ꝓiata perit sic iohãnes veniente xp̃o t publicato ꝓ mortem disparuit. Unde Job. xxxviij. Nũquid ꝓduces luciferũ in tpe suo Lucifer fuit iohãnes qui sole veniente occubuit. Item dicitur vox iohes. Quia sicut dicit Crisost. vox est sonus ꝓfusus verbum aũt aperit secretũ cordis. Sic iohãnes nihil de secretis celestibus nũciauit. Sed vnigenitus est filius qui ẽ in sinu patris ille enarrauit nobis. Sicut Joh. j. dicit. Sed xp̃i beneficiũ innuit in ipsius clamatione cũ dicit. clamantis. id est xp̃i. Clamauit em̃ xp̃us in multiplici deserto ꝓpter nostram salutem. Et primo in deserto mundi p̃dicãdo. Sicut clamauit ihesus in die magno festiuitatis dicẽs. Si quis sitit veniat ad me t bibat. Sicut dicitur Joh vij. Item clamauit in deserto crucis, p nobis patiendo. Sic clamãs voce magna tradidit spiritum. Sicut dicit Luc xxiij. Et ad Hebre. v. Cum clamore valido t lachrymis exauditus est ꝓ sua reuerentia. Itẽ clamat in deserto cordis penitentiã inspirando. Un̄ Esa. vj de anima que recipit gratiam inspiratam ad penitentiam dicitur. Cõmota sunt superliminaria cardinũ a voce clamãtis. quod fit cum gratia illuminat intellectum t inflamat affectũ t domus cõscientie impleta est exodore fumi. id est gratie. Sed hanc vocem quidã nõ audiunt. vel ꝓpter distantiã que fit ꝓpter multitudinẽ t diuturnitatẽ peccatorũ. ℣s̃. Longe a peccatoribus salus. Vel ꝓpter somnolentiam scz torporis t negligentie. Eccl. xxij. Qui narrat verbuz nõ audienti quasi qui excitat dormiẽtẽ de graui somno. Exemplũ capl'o. vij B. K. Vel propter aurium obturationem. ps̃. Sicut aspidis sur. t obtu. au. su. Aspidis vnam aurem obturat terre applicando. aliã cauda. Sic facitũ quidam per terrenoꝝ applicationẽ. t mortis nõ recordationem. Cõtra quod dicitur Eccl. xxv. Beatus qui narrat iusticiam auri audienti. Vel ꝓpter strepitum scz instrumẽtoꝝ vel negotioꝝ mũdi. Quib' Amos dicit. v. Aufer a me tumultũ carminũ tuoꝝ t cantica lyre. Itez clamabit in futuro. s. in iudicio in deserto mundi. quando scz mundus deseretur. Math. xxv. Media nocte clamor factus est. Exite scz a sepulcris obuiam sponso. Vere tunc vox tonitrui eius. verberabit terram. Sicut dicitur in Job. Canet em̃ tuba t mortui resurgent de terra incorrupti. id est integri. Hec tuba est vox christi. de qua in iohãne. Audient vocem filij dei t qui audiuent. ℣ Intentio aũt huius clamoris est parare vias t rectificare semitas. Vie sunt precepta. ℣s̃. Viam mandatoꝝ tuorum cucurri. Sed semite sunt cõsilia. Prouerbioꝝ. ij. Ducam

te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris.nō artabunt gressus tui Paratur autem via hec vt per ipsam curatur tollendo impedimenta que sūt lutum luxurie.spine auaricie.palea superbie.ꝛ lapides iracundie. His sublatis iusti currunt per eas expedite de virtute in ỽtutem ꝓcedendo. Pro quo dicitur. Vie iustoꝝ absq; offendiculo. Semite vero consilioꝝ rectificatur.quando circulatio in ipsis vitaꝫ. Nam paupertas que est de consilio. Juxta illud Math.xix. Vade ꝛ vende omnia ꝛ da pauperibus.nō habet circulationem. quādo nec occasione pietatis.nec alia de causa aliq̄d retinet ꝓpꝛietatis. Hoc modo direxit semitam hanc petrus cū dixit. Ecce nos reliquimus oīa ꝛc̄. Itē virginitas que est de consilio. Juxta illud apostoli.j. Coꝝ.vij. De virginib⁹ p̄ceptum dñi non habeo consi.aūt do. non habet circulationem quando est sicut carne sic ꝛ mente ꝛ ore pura. Juxta illud apostoli.j. Coꝝ.vij. Virgo cogitat que dñi sunt.vt sit sancta coꝛpoꝛe ꝛ spiritu. Itez obedientia regularis que est de cōsilio. Juxta illud Math. Qui vult venire post me abneget semetip̄m rectificatur quando de suo nil apponitur. Talis fuit ille de quo dicitur in ps̄. In auditu auris obediunt mihi. Talis fuit dauid qui dicebat. Ut iumentū factus sum apud te. Jumentum em̄ non matoꝛem vim facit cum ponitur fimus super ip̄m q̄ si oneraret muscatis. nec ꝓpter hoc magis recalcitrat.

In natiuitate dñi de ꝓpheta. Sermo.XIII.

Paruulus natus ē nobis Esa.ix. In his verbis ꝓpheta tria innuit nobis. Vicz christi p̄m carnem natiuitatem.cum dicit natus. Secundo nati quantitatem. cum dicit paruulus. Tercio nostrā vtilitatem.cum dicit.nobis. R̄ Bene dico natiuitatē carnalem. quia plures natiuitates christi scriptura cōmꝰoꝛat scz tres. Eternam ex parte. Carnalem ex matre. Spūalem in fidelium mente Scōm primā.scz diuinam christus habet patrez sine matre. De qua ps̄. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Ubi ego discretiue ponē quasi ego ꝛ nō alius. Scōm carnalē christus habet matrem sine patre. De qua Esa. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Scōm spūalē christus habet patrem ꝛ matrem. De q̄ in euangelio Math.xij. Si quis fecerit voluntatem patris mei.ille meus pater soꝛoꝛ ꝛ mater est. Has tres natiuitates subtribus missis hodie rep̄sentat ecclesia. Eterna natiuitas.p̄sus est occulta.ita vti dicat ꝓpheta. Generationem eius quis enar. Ad quod signandum p̄ma missa cantatur in ꝓfunda nocte. Carnalis natiuitas partim est occulta partim manifesta. Occulta quantū ad modum.manifesta q̄tum ad factum. Ad quod significandū secunda missa cantatur in auroꝛa. que partim est lucida partim obscura. Spiritualis natiuitas est manifesta christo manifestante qui dicit. Si quis diligit me sermonez meū seruabit. Christus em̄ per affectū concipitur.per effectum nascitur.p consuetudinem facti nutritur. Ad quod significandum tercia missa cantatur in die. Timentibus em̄ deum oꝛitur sol iusticie.id est christus lux que iustificat

De secunda scz humana vel carnali natiuitate p̄m quam natus est de mꝛe sine patre.agit hic ꝓpheta. cum dicit. Natus est. Circa quam natiuitatem possumus ꝓsiderare quatuoꝛ mirabilia Duo ex parte xp̄i qui natus est.scz charitatem ꝛ humilitatē. Duo ex pte mꝛis de qua natus est.scz virginitatem ꝛ fecunditatem. De primis duobus scilicz charitate ꝛ humilitate dicit Bern̄. Sūmus omniū factus est infimus omniū

ḡd fecit hoc nisi amor. Et Hiere. xxxj. In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſe. De matris vero virginitate ⁊ fecunditate dicitur Eſa. vij. Ecce virgo concipiet. ℣ Secundū vero ſcz nati quantitatē innuit cum dicit paruulus quod ſine cauſa nō fuit q̄ ſcz ſic paruulus natus eſt. Potuiſſet enīz chriſtus. nihil eñ ei erat impoſſibile. in plena ſiue in virili etate nat⁹ fuiſſe. Sed natus eſt paruulus ne ſi alijs hominibus diſſimilis fuiſſet maiorem ſuſpitionem dyabolus de eius incarnatione habuiſſet. Unde ⁊ habitu inuentus eſt vt homo. Item paruulus natus eſt vt omnibus ad ſe venientibus. ſicut paſtoribus tribus magis ⁊ diſcipulis potius amorem q̄ timorē inferret. Unde ipſe dixit. Jam nō dicā vos ſeruos ſed amicos. Item paruulus natus eſt vt velut paruulus citam ⁊ facilem reconciliationem p̄beret peccatori. Propter quod dicit Ezech. Quacunq̄ hora ingemuerit pec ſal. erit. Exemplum de latrone cum eo crucifixo. Item paruulus natus eſt. quia ipſe ſicut puulus in reconciliatione p̄teritarū iniuriarum nō memtnit nec improperat. Unde Jac. Dat omnibus affluenter ⁊ nō improperat ⁊c. Item puulus natus eſt. quia ipſe ſicut puulus ad baiulandū ipſum manus ſanguineas expauescit ⁊ abominat. pſ. Utrum ſanguinū ⁊ dolo. abominabitur dñs. Unde Eſa. j. Cum extenderitis manus veſtras ego nō exaudiam. quia manus veſtre plene ſunt ſanguine. id eſt opibus malis. Et licet natus eſt puulus. nō tamen eo minus vigorosus. Unde eñ puulus vt dicit gloſa. Celum ⁊ terrā fabricauit. ℣ Sed natus tercio oſtendit cū dicit. cui nobis. i. ad nr̄am ſalutem ſiue vtilitatē Sicut eñ vtilis eſt inſtructor inſipientibus. egrotis medicus ⁊ curator. captiuis liberator. exoſis pacificator. lugentibus conſolator. pauperibus ditator. laborantibus remunerator. ſic ipſe vtilis fuit hūano generi. Homo eñ poſt peccatū inſipiens factus eſt. Quia ſm Oſee. Periit ſcientia de terra. Infirm⁹ factus eſt. quia deſcendens ab hierlm in hiericho incidit in latrones. qui plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto Incarceratus etiam fuit in p̄ti exilio. ſm illud pſ. Edue de car. aiam meam Cū deo diſcordabat. q̄ peccata noſtra diuiſerūt inter deum ⁊ nos. Frequentē fletū habebat. Juxta illud. Fuerūt mi. la. me. pa. die ac noc. Paup fuit. quia deſcendens ab hieruſalem in hiericho ſpoliatus fuit. Sine mercede laborauit. quia eius labores quaſi in ſaccum ptuſum mittebat. Q̄ q̄ vtilis fuit q̄ oia iſta remouit. Paruulus eñ natus eſt nobis vt nos indoctos inſtrueret Eſa. lxj. Ad annūciandū māſuetis miſit me Item puulus natus ē vt egrotos ſanaret. Unde idem. Ut mederer contritos corde. Item nobis natus eſt vt nos captiuos liberaret. Unō idem. Ut p̄dicarem captiuis indulgentiam. ⁊ clauſis apitionem. Item natus eſt nobis vt exoſos pacificaret. Unde idem. Ut p̄dicarem annū placabilē. Item nobis natus eſt vt lugentes conſolarer. Uñ idē Ut conſolarer oñes lugentes. Item nobis natus eſt vt paupes ditaret. Unde idem. Et darem eis coronam p̄ cinere. Item natus eſt nobis vt laborātes remuneraret. Unde idem. Et merces ei⁹ cū eo. Exemplū. ca. x. E. G.

De euangelio.

Sermo XIIII.

Exiit edictū a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. ⁊ ibant ſinguli vt p̄fiterent in ſuā ciui. Aſcendit aūt ⁊ ioſeph a galylea in iudeam ciuitatem dauid. que vocatur bethelcem ⁊c. vſq̄ paſtores erant. Luce. ij. ℣ In hac parte euangelij deſcribitur natiuitas xp̄i q̄tū ad tria principaliter. vicz q̄tum ad tp̄s

ēptum ad locum. ꝛ ēptum ad modum. Quantū ad tēpus innuit ipsius natiuitas. q̄ tpe augusti cesaris. Quantū ad locū quia in bethleē ciuitate dauid Quantū vo ad modū innuit euangelista. Quia postq̄ impleti sunt dies marie tē. Et ꝯdem oia hec tria ꝙuenīētia et congrua fuerūt natiuitati christi.

¶ Tēpus em̄ ꝯgruuꝫ fuit natiuitati christi triplici ex cā. ¶ Primo q̄ tēpus fuit pacis. Cesar em̄ Augustus tunc orbē terre pacatū habebat. ꝛ tali tpe christū q̄ mundū pacificare venerat nasci congruū erat. Ūñ ꝛangeli tūc cantauerūt In terra pax ho. bo. vo. Hoc enīz diu ante ꝓphetatū fuerat. Ūñ ps. Orieē in diebus eius iusticia ꝛ abundātia pacis Item Mich. Pax erit in terra nostra dū venerit. ¶ Secūdo q̄ tunc tempus fuit copie. s. tpalis abūdantie. Bal. uñ Ait vbi venit ple. tē. misit deus filiū suum. Hoc em̄ tpe decebat christū nasci. q̄ cum plenitudine gratiarū veniebat Plenus em̄ venit gratia ꝛ veritate. sic ꝺr Joh. j. Exemplū in ꝓmptuario ca. ꝓ. C. ¶ Tercio q̄ tūc tēpus descriptionis fuit. Et certe christus ad hoc nasce bat vt electos suos scriberet in eternitate. Sicut dicit Grego. Unde et ipse Math. v. dicit. Gaudete ꝛ exul. q̄ nomina ve. scrip. sunt in celis. ¶ Locus etiā natiuitatis ꝯgruus fuit triplici ratiōe. ¶ Primo q̄ situs fuit in medio mundi. ꝛ ideo sicut dicit magister primo ibi descriptio fieri cepit. Congruū em̄ fuit mediatorē qui ꝓ salute totius mūdi venerat ꝛ cōmunī oīm salute vt in medio mūdi terre. s. habitabilis nasceret. Propter quod ꝛ ps. dicit Operatus ē sa. in medio ter. ¶ Secūdo rōne interp̄tatiōis. Bethleē em̄ domꝰ panis interp̄tat. quasi p̄scia q̄ ibi debebat panis angelorꝫ nasci. q̄ dicit Jo. Ego sum pa. vi. qui de celo descendi. ¶ Tercio congruus locus fuit ratiōe generis. Congruū em̄ fuit ipsuꝫ nasci in ciuitate generis sui. s. dauid. cui ꝛ ꝓ missio de ipso exse nascēdo facta fuit. Quam rationem assignat euangelista cum dicit. Ascendit autē ioseph a galilea in iudeā ciuitatem dauid. q̄ vocat bethleem. eo q̄ esset de domo ꝛ familia dauid ℞ Modus aūt natiuitatis fuit congruus ꝛ singularis. et hoc innuitur in tribus. ¶ Primo quia peperit cum mater sine lesione virginitatis. Quia virgo in partu mansit. Jam em̄ fuit via viris inuia. Et hoc tangit euangelista cum dicit. pepit filiū suū ioseph vel alterius viri. Propter quod etiā dñs se semp filiū hoīs dixit. non hominū sicut nos sumus. q̄ bus ꝺr in ps. Filij hominū vsq̄quo g. cor. ¶ Secundo peperit sine dolore. Quia pepit postq̄ impleti sunt dies. non ante. quia illud fit cū maximo dolore. Sed beata virgo et tpe congruo et sine omni dolore pepit. ¶ Tercio peperit sine debilitatione. ideo ꝺr. Panis inuoluit euz. s. ipsam et. quia fortis fuit nec debilitata fuit ex partu. Unō ꝓsonaliter natum reclinauit in p̄sepio sine obstetrice.

De euangelio. Sermo XV.

Ecce euāgilizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est vobis sal. qui est christus dñs in ciuitate dauid. Lu. ij. Ad honorē natiuitatis dñice que hodie colitur. hec verba ab angelo sunt ꝓlata. ¶ In q̄ bus videnē in summa duo ꝑnt. vide licet ingens admiratio ꝛ ammiratōis ratio. ℣ unum notat cum dicit Ecce. Secundū cum subdit. Euangelizo vobis gaudiū magnū qđ erit oi populo Que triplex est. Prima ex parte angeli qui dicit. Annūcio vobis. Secunda ex pte hominis cui dicit. Gaudiū magnum quod erit omni populo. Tercia ex parte dei. de qua dicit. Quia natus est vobis salua, qui est christus dñs.

In natiuitate dñi.

Prima ammiratiõis occasio est magna. secunda maior. tercia maxima. Magna est prima ex pte angeli. si cõsideremus quis cui locutus est. Annũcio inquit ego. s. angelus. vobis videlicet pastoribus. O vere magne ammiratõis occasio q̃ dignitas angelice nature cũ tã ingenti. tomnibus cõmuni transmissa misterio. non precipuis vt regibus et principibus. nec mediocribus vt baronibus t militibus. sed infimis vt pastoribus non dedignata fuit illud nunciare. Annũcio inquit vobis gaudium magnũ. In hoc autẽ q̃ per angelum dominus natiuitatem suam nũciat. dignitas nati ostendit. et innuit nobis hoc mysterũ esse vnũ de precipuis quod etiam per angelos hominibus nunciauit. Que sunt. vj. videlicet annunciatio. natiuitas. passio. resurrectio. in celum ascensio. ad iudiciũ reuersio. De his oĩbus habes in biblia. Pastoribus autẽ primo nunciat quia ipsi forte pre ceteris sperãtes id quesierunt. quod etiam forte angelus videt innuere cum dicit. Inuenietis. Nã ostendit eos illud quesiuisse. Vel forte pastoribus consolationez in hoc mundo non habentibus nunciat. ne si diuitibus verbum salutis nunciaretur a spinis diuitiarũ illud suffocaret. Vñ de pastoribus dicitur. Et venerunt festinantes. quia nil temporale ipsos retrahebat. Secunda autez scilicet ex parte hominis maior est ammiratõis occasio. quia gaudium magnum q̃ fecit omni populo. Signum vniuersale ponẽs. innuit populos esse plures. Et quia tale signum ad minus exigit tria particularia. ideo ad determinationez ipsi tres dicere possumus populos q̃bus hoc magnum gaudium factus est scilicet superiorẽ inferiorẽ t medium. Superiorẽ. i. angelos. qui quandoq̃ dicunt populus. vt ibi. Mortuus est iacob et positus est ad populũ suum. id est ad angelos. Constat eĩ eum positum fuisse ad abraã et ysaac. Sz sicut dicit glo. tam pauci populus dici non possunt. Inferior populus dicunt illi q̃ in limbo. Medius populus qui in hoc mundo. Populo ergo in hoc mũdo tanq̃ in medio constituto fecit gaudium magnũ dñs ipsum de vana ipsi⁹ conuersatione redimendo. vt dicit pe. Non cor. au. vl' ar. tẽ. Inferiori populo. i. illis in limbo gaudiũ magnum fecit ipsum de ea carcere limbi eripiendo. Vñ ẽ zach. ix. Tu quoq̃ eduxisti vinctos de la. tẽ. Superiori populo. i. angelis fecit gaudiũ ruinas ciuitatis eorũ restaurando. quod ipsi multũ desiderauerũt dicentes dño. Benigne fac dñe in bo. vo. tua. vt ree. muri hierlm. Et q̃ huic triplici populo fecit gaudium magnũ cõuenienter potest dici q̃ fecit gaudium magnus omni populo. Vel certe factum est omni populo. i. ecclesie ex omni populo congregate. Vere de primo magna est admiratõis occasio sed de isto maior. q̃ homini in gemitu et in miseria constituto adeo exuberauit gaudium q̃ se p totum mundũ dilatauit. In celum vsq̃ transcendit t ad inferni limbus penetrauit. Infelix homo quẽ tãti gaudij largitas nõ astringit. Tercia tamen maxima est admiratõis ratio. s. ex parte dei. quia natus est nobis saluator qui est christus dominus. Quid nobis amplꝰ facere potuit q̃ semetipm exinanire. Exinanitõ eñ est alicuius magne rei quasi incõprehẽsibilis. in paruo aliquo comprehensio. Quod hodie patet in domino Ipse eñ quẽ totus non capit orbis in sua se clausit viscera. Quia ẽm beatus dionysiũ. est spũs incircũscriptus. q̃ est super omnia. intra omnia. extra oĩa. Hodie se clausit in humana forma exinaniuit se formã serui accipiẽs. vt ait aplus. Vere cantate dño quia mirabilia fecit. Hodie quidem multa mirabilia. quia de virgine in diuerso⁹ natꝰ in presepio collocatus. ab angelo nunciatus. a pastoribus visitatus. t si qua sunt similia que tamen omnia pcellũ-

quia deus est homo fact⁹. In hoc enī caritas prefulsit.pietas magis emicuit gratia plenius radiauit. Exemplū in ꝓmptuario ca.x. B. Unde et homines deuoti t maxime religiosi in credo in vnum deū.ad homo factus est.pro excellenti beneficio gratias agunt ꝓfunde se inclinantes. Exemplū de quodā monacho cui diabolus alapam dedit quia non inclinauit dicens. Si cantarē ꝙ deus factus esset diabolus .ipsi nunq̄ inclinare cessarēt. Est enī mirabile cōmercium ꝙ creator generis humani animatū corpus sumens de virgine nasci dignatus est. In hoc autez cōmertio fecit sicut fidelis pacis reformator.qui ne ab aliqua pte suspectus habeatur.vtriq̄ parti equaliter se conformat. Sic nostro pacifico inter deū et nos pacem facere volenti vtriusq̄ partis cōformitas necessaria fuit. Si enī tm purus fuisset de⁹ homini se nō cōformasset. Si purus hō alteri parti se non conformasset. Et vt verus mediator esset vtriusq̄ ptis cōformitatez habens.hodie natus est nobis saluator qui est christus dñs. ℟ In co autē ꝙ tria de nato dicit:vocans eum iesum.i.saluatorem.christū et dominū ostendit triplicē nati vtilitatē.quia ipse saluator.ipse christus.ipse dñs Saluator in passiōe.quia ibi populū suū a peccatis suis saluuz fecit. Unde ꝓm ꝓphetam peccata nostra in ligno ptulit. Unde Aug.in meditatōnibus Quid est iesus nisi saluator. Ergo ꝓpter temetipsum esto mihi iesus. Noli dñe.noli sic attēdere malū meū vt obliuiscaris bonū tuū. O domine si ego admisi vnde me dānare potes.tu non amisisti vnde saluare soles. Christ⁹ fuit.i.vngēs in spūssancti missiōe. Quia tunc. Iuxta quod ꝓpheta dixerat. Cō putrescere fecit iugū legis a facie olei id est gratie. Ante enim adeo aplos iugum legis constrinxerat.vt ad gentes declinare t eis cōicare nō auderēt.sed post vngentū effusuz a facie ipsius putrefactum iugum legis diruptum est. Unde in omnez terram exeūtes omnibus omnia facti sunt.quia vnctio docuit eos de oībus. Dominus autē erit in corpoꝝ glorificatione et remuneratione.quādo fideli seruo suo dicet Euge serue bone et fidelis .quia sup pauca fui.fi.supza mul.te constituaz intra in gaudiuz domini tui. Ad quod nos ipse dñs iesus qui natus est perducat. Qui viuit et regnat.

De euāgelio. Sermo. XVI.

que a deo sustinem⁹. vt sūt flagella. sīc thobias. Aliqñ ab his q̄ a diabolo vt sunt tēptām. hoc mō passus fuit Job Aliqñ ab his q̄ a pxio sustinem⁹ vt sūt dāna. ꝯtumelie. pſecutiones. Et tales passiões sustinuerūt apli ⁊ martyres. Acē. v. Ibāt apli gaudētes a cōspectu cōsilij qm̄ digni habiti sunt pnoie ie/su ꝯtumelią pati. Assūpta aūt passio sustineē plurib⁹ modis. aut p ieiunium aut p vigilias. aut p pegrinatōes siue quoscūq; alios labores. Exēplū ca. iij. b. Tales sunt passiones pūtis vite q̄s sic tāgit apls sustinem⁹. ¶ Scōo ostēdit futurā quā expectamus felicita tē. ſ. futurā glīaz q̄ reuelabit̄ in nobis Reuelabit̄ aūt hec glīa multiplr i nobis. vicz in resurgendo. ſ. Cor. xv. Seminat̄ in corruptiōe surget in incorruptiōe. seiat̄ in ignobilitate surget in glīa Cōsurgę ꝯsurge iduere vestimūtis glie tue. Itē in ascendēdo qñ misterio angelor̄ rapiemur in nubib⁹ obuiā xpo in aera. Et Col. iij. Cū xps appuerit vita nra. tūc ⁊ vos appebitis cū ipo in glīa. Itē reuelabit̄ glīa in nobis locū inhabitādo. pſ. Dñe dilexi decorez domus tue. ⁊ locū habitatiōis gloriе tue. De cuius loci gloria si vis loq̄ recūre in ꝑmone. Nō q̄daz fecit cenaz magnam Itē reuelabit̄ glīa in nobis in laudā/do. pſ. Oēs in tēplo eius dicēt gloriā Et vt breuiter ꝯcludā reuelabit̄ in nobis glīa in oim q̄ delectari vel appeti pūt satietate. pſ. Satiabor cū appuerit glīa tua. Exemplū in ꝓmptua. ca. xvj. ¶ Tercio vnius ad alterꝫ. ſ. passiōis ad gloriā tollit ꝯpationē. cū dicit Nō sūt ꝯdigne. Vere nō sunt ꝯdigne in nūcro. Iuxta Sap. iij. In pauca vexati. in multis bñ disponent̄. Eccī vl. Modicū laborauī ⁊ multā inuenim bi requiē. Itē nō sunt condigne in pō dere. q̄tum ad intensionē. ij. Cor. iij. Id em̄ qđ in pūti é momtaneū est ⁊ le ue tribulatōis nre. supmodū in sublimitate eternū glie pōd⁹ operat in nobis

Nunq̄ em̄ in nobis tantū intēsa ē pena q̄ntū erit eterna gloria. Itē nō sunt ꝯdigne in mēsura. ſ. duratōis extēsiue. q̄ pena tpal̄ē trāsito ria. glīa eternalit̄ pmāsura. Unō. ſ. Pe. v. Vocauit nos de⁹ in etnā suā glīaz in christo iesu modicū passos. Ad quā glīaz nos pd. tē.

De eman. Ser. CXXV.

Estote misericor/des sicut ⁊ pr̄ vr̄ misericors est nolite iudicare. nolite cōdēnare. dimittite ⁊ dimittet̄. date ⁊ dabitur vobis. Mēsurā bonā ⁊ cōfertā ⁊ coa. ⁊ supefluentē dabūt i sinū vram. Lu. vj. ¶ In his ꝟbis saluatoris q̄tuor notanda ponunt̄. Prio em̄ docemur de mia. cū dic̄ Estote misericordes Scōo subdit̄ misc̄ōie forma cū dicit Sicut et pater vester misericors est. Tercio exprimunt̄ mie officia. ibi Nolite iudicare. nolite cōdēnare. dimittite ⁊ dimittet̄ vobis. date ⁊ dabit̄ vobis. Quarto subdunt̄ mie p̄mia. ibi. Mēsurā bonā ⁊ pfer. ⁊ coa. ⁊ supefl. ¶ Primo q̄ instruit de mia dicēs. Estote misericor. In eo aūt q̄ dic̄. estote. fac̄ tria. Oñdit em̄ mie necessitatē. arguit simulatōez. et excludit peraſtinationē. Di co q̄ dicēs. Estote misericordes. ostēdit mie necessitatē. i. quia nc̄cio ē a nobis mia hūda. Impatuo em̄ ⁊ p̄ceptiuo ꝟbo vsus ē dñs dicens. Estote. Unde Eccī. xxix. dr. Pone thesauros tu. in p̄cep. altis. Et merito p̄ceptū dat de illa q̄ sūme ad salutē necessaria ē. Ipsa ei est hostiaria padisi facies vnicuiq; locū sm̄ meritū suum. Un̄ Eccī. xvj. dr. Dis mia faciet vnicuiq; locū sm̄ meritū operū illi⁹. Prio quo tapls voluit vt thimoti⁹ p̄cipet eis mias quos regebat dicēs. ſ. Thi. vj. Diuitib⁹ h⁹ seculi p̄cipe facile tribuere cōicare. thesaurisare sibi fundamentū bonū in futur̄ Prio quo ⁊ dñs in p̄missis p̄cipit mias dicēs. Estote misericordes. Itez in b̄ q̄ dic̄ Estote misericordes. arguit mie

simulatiōes. Nō em̄ dic̄ videaminī mi sericordes. ꝙ estote. Okti ei hoies mi sericordes vocant̄ ꝙ nō sunt. sicut dr ꝓ uer. xx. Un sequit. Uir aūt fidelē. s. in mia ds inueniet q̄si rar⁹. Un Grego. Sūt plerīq; q̄ ꝓpassionē, primo suo no spūaliter sed carnaliter ipendūt. tales et si vocent̄ misericordes tñ non sunt. Cōtra quos dicit dñs Estote misericordes. Itē dicēs. Estote excludit mie peraſtinatōes. Nō em̄ dic̄ eritis q̄si in futuro ꝙ estote in pñti Prouer. iij No li dicere amico tuo vade ⁊ reuertere et cras dabo tibi cum statiz possis dare. Tantū ei bonū quo mediante vita eterna possidet nō est differendū ꝑpē icertū euentū rerū ⁊ psone. Un Aug. Cō siderate fratres carissimi q̄multi subito oia bona pdiderūt q̄ studiose recōdiderāt q̄ dicit in libro Sap. Transierūt oia tanq̄ vmbra. O quotiēs tales penituit q̄ vocē dñi nō audierūt dicentis. Uade ⁊ vēde oia q̄ ha. ⁊ da pau. ⁊ habebis thesauz in celis. Exemplū ō quodā auaro q̄ p vnū panē quē irat⁹ pauꝑi, piecit vitā eternā recupauit. De b̄ require in pmptuario ca. iij. M. O

Miscōie vo formā subdit cū dic̄. Sic ⁊ pr̄ vr̄ mi. est. In q̄ forma triplr̄ monet nos ad miaz. s. rone eiusdē origis. rone eq̄lis ꝺditōnis. ⁊ rone diuine assimilatōis. Idē principiū siue originē tāgit cū dicit. Pat̄. Ipse em̄ est pr̄ oim cū rone creatōis. tū etiā rōe recreatōis. Quantū ad primū dr in cātico moysi. Nunq̄d ipse est pr̄ tu⁹ q̄ possedit fec̄ ⁊ creauit te. Creauit q̄tū ad aiam. fecit q̄tū ad corp⁹. possedit q̄tū ad vtrumq; Quantū ad secundū. s. rone recreationis dr pr̄. Bar. iij. in quo clamam⁹ ab ba pr̄. Quia ḡ ab vno pr̄e sum⁹. oīes recognoscāt nobilitatē suā. ⁊ tāto patre erubescāt degenerare. Mal. ij. Nū q̄d nō vnus pr̄ oim nostz. nunq̄d non de⁹ vn⁹ creauit nos. q̄re ḡ despicit vn⁹ q̄sq; fratrē suū. q. d. rone eiusdē principij debem⁹ inuicē cōpati nobis ⁊ misereri. Itē debem⁹ etiā misereri inuicē, rone eq̄lis ꝺditionis. quā tangit cū dicit. vester. vnū em̄ nō p̄fert alteri. sed oēs equalr tāgit. q⁹ eq̄lis est una cōditio. ⁊ p̄m naturā. Nature em̄ ꝺditio eq̄lis est. q⁹ oēs de adā. Un Aug. Si putamus nō esse primos nisi q̄ de eisdē parentib⁹ nascunt̄. adā ⁊ euā intēdam⁹. ⁊ oēs fratres sum⁹. Itē p̄m statum gratie etiā eq̄lis ꝺditōis sumus. q⁹ ex vno patre christo. ⁊ vna matre ecclesia nati eandē hereditatē ꝑpetuo habituri. in q̄ reges nō excedūt paupes. Et hec eq̄litas multū debet nos mouere inuicē misereri. s. Pe. iij. Estote ꝓpatientes fr̄nitatis amatores. Itē. ij. Pe. j. Ministrate in pietate fraternitatis amorem

Debemus etiā miseri inuicē ꝑpē dinā assimilationē. quā innuit cū dicit sic ⁊ pr̄. Hoc em̄ facit nos maxie assimilari pr̄i c⁹ miseratōnes sup oia opa ei⁹. Et certe sic dr. Ecc. xxiij. Ulia magna est seq̄ dñm. Estote ḡ misericordes sic ⁊ pr̄ vr̄ misericors est. E Sed q⁹ difficile imo ipossibile est deū imitari in mia p oia. cū mie ei⁹ nō sit numer⁹ tāgit diuine mie q̄uor officia in q̄bus ip̄m imitari possumus ⁊ debem⁹. vicz malos equanimit̄ sustinēdo. ip̄os malis ꝓpatiēdo. iniurias relaxādo. ⁊ necessaria mistrādo. Ipse em̄ pr̄ celestis ex mia malos eq̄nimiter tolerat. Sic ꝓtz in iuda quē multis tpibus toleravit. ⁊ multos alios. Pro quo dic̄ apl's Ro. ij. An diuitias bonitatis ⁊ patie. ⁊ lōganimitatis ei⁹ ꝓtēnis. Et vos eodez mō estote misericordes. Pro quo dic̄. Nolite iudicare. s. añ tp̄s q̄n pot⁹ eq̄nimiter sustinete quoadusq; veniat q̄ illūiabit abscōdita tenebraz ⁊ manifestabit cc̄. Nō em̄ sepe fallit̄ hūanum iudiciū. Itē est misericors pctōz malis ꝓpatiēdo. ⁊ eoz petā nō aggrauando. Un Lu. xv. Afflicto filio misericordia mot⁹ occurrit. in pabola samaritani sauciato ex mia vinū ⁊ oleū vulneribus infudit. Et certe vos eodē mō misericordes estote. Pro quo dic̄. Nolite ꝺdēna. qualit̄ pharisei adulterā ad

ducta ad iesum ꝺcēnare volebant q̄ iu
ſti lapidari debuerāt. Cui dixit ihesus.
Nec ego te ꝺcēnabo. Qualiter pharı
ſei ꝺcēnabant apl̄os q̄ ꝓpter famē ſpi
cas ſabbato ꝓfricādo edebāt acſi ma
gnū pctm̄ ꝓmiſiſſent. Unde dixit ꝺñs
Matth. xij. Si ſcirētis q̄d eſt miſcōiam
volo q̄m̄ ſacrificiū. nunq̄ ꝺcēnaſſetis
innocētes. Item pater celeſtis eſt mi
ſericors pctm̄ relaxando. Un̄ Matth.
xviij. Serue nec̄ oē debitū dimiſi tibi
q̄m̄ rogaſti me. Ubi innuit offenſe re
laxatiōnē. cū dicit. Dimiſi tibi. Relaxa
tōis integritatē. cū dicit. Oñe debitū.
Relaxatōis facilitatē. cū ſubdit. Q̄m̄
rogaſti me. Nō dicit. q̄m̄ mare trāſiſti
vel q̄m̄ multū ieiunaſti. ſed q̄m̄ rogaſti
me Eſtote g̃ q̄ vos miſericordes. Pro
quo dic̄. Dimitte. ſ. debitū nō partē ſed
oē. nō cū difficultate ſ facilitate Mat.
v. Si nō dimiſeritis vn̄ cuiq̄ ſc̄z fratrib̄
veſtris de cordib̄ veſtris. nec pr̄ vr̄ di
mittet vobis. Un̄ hic poſtq̄ dicit dñs.
dimittite. addit. q̄ dimittet vobis. Item
pr̄ celeſtis ē miſericors tpalia miſtran
do. Unde ps. Miſericors q̄ miſerator
dñs. ei. dedit timē. ſc. Item Mat. v. So
le ſuū facit oriri ſup bonos q̄ malos.
Imo q̄d pl̄ē. nō ſufficit ei dare ſua ni
ſi dederit et ſe. Exemplū de illo q̄ poſt
q̄ ſua dederat hiſtrionib̄ vt eū lauda
ret. nō hñs pl̄. vt oēs in dādo ſuparet
ſeipm̄ in medio cor ꝓiecit. Sic pr̄ mi
ſericordie poſtq̄ dedit ſuos. ſ. angelos
in miſterū. ſua in ſubſidiū. tandem ſe
ipm̄ ꝓiciens in mediū p̄ natiuitatē. ſe
dedit in pctū p̄ mortē. Estote g̃ q̄ vos
hoc mō miſericordes. Pro quo dicit.
Date g̃ q̄ dabit vobis ſc̄z in pñti q̄ fu
turo. Un̄. j. Thi. iij. Pietas ad oīa
vtilis eſt ꝓmiſſionē hñs vite q̄ nunc ē
q̄ future. Prouer. xix. viij. Qui dat pau
peri nō indigebit. q̄ deſpicit deꝓcantē
ſuſtinebit penuriā. Exemplū de q̄busdā
religioſis q̄ cōquerebant q̄ nō dabat
eis ſicut olim. q̄bus vn̄ de antiq̄s fra
tribus ait. Fuerūt in hac abbatia duo
ſocij multum dilecti quor̄ alter̄ reieci
ſtis. q̄ ideo reliquus vobiſcuz noluit re
manere. Ni duo ſocij ſunt date. q̄ dabi
tur vobis. quos dñs aſſociauit ſimł in
euāgelio. et q̄ nō vultis dare. nō dabi
tur vobis. Exemplū ca. r. C. ca. xv. C

¶ Quarto q̄ vltimo mie ſubdunt̄
p̄mia. cū ſubdit. Meſurā bo. q̄ cōfer. q̄
coagi. q̄ ſupefflue. dabūt in ſinū veſtr̄
Et nota q̄ meſura bona ꝺr q̄n larga.
meſura ꝓferta q̄n plena. coagitata q̄n
inculcata q̄ bn̄ hinc q̄ bn̄ inde ꝓcuſſa.
vt plus capiat. meſura ſupefflues. vt
bn̄ cumulata hincinde exeat. In q̄b̄
omnib̄ ſupabūdantia remūeratōis ex
primit̄. Erit g̃ menſura bona. i. larga.
Quia q̄d oculus nō vidit. Erit ꝓferta
quia nec auris audiuit. Plura cm̄ au
ris audit q̄ oculus viderit. q̄ ideo ſup̄
auditum. Erit coagitata. id ē. inculca
ta. q̄ nec in cor hois aſcendit. q̄ iō ſup̄
cogitatū. q̄ cogitatus plus ſe extendit
q̄ auditus. Item erit ſupefflues. hincin
de ex eūdo q̄tum ad oēm ſenſum. Iu
xta illud. Et pax dei q̄ exꝑat oēz ſen
ſum. Dabunt in ſinū veſtruz. et in h̄ p̄
dictorū notat̄ ſecuritas. q̄ de eo q̄d te
net hō in ſinu ſuo eſt ſecur̄. Ad quod
nos ꝓducat.

¶ Dñica quinta de epiſtola Sermo. CXXVI.

In hoc vocati eſtis vt
bñdictionem hereditate poſſideatis. j.
Pe. iij. ¶ In his verbis petrus
apoſtolus tangit duo. vocationē. q̄ vo
cationis rōnem. Primū ſc̄z vocationē
innuit q̄ eſt ad gratiam. cū dicit In h̄
vocati eſtis. Secōm ſc̄z vocatōis rōem
tangit. que reſpicit gloriaz. cum ſubdit
vt benedictionem hereditate poſſideā
tis. ¶ Et bene q̄tum ad primum dico
vocationē innuit. que eſt ad gratiam.
eſt em̄ dei vocatio ad naturaz. et eſt vo
catio ad gratiam. et eſt vocatio ad glo
riā. Prima que eſt ad naturaz eſt de
non eſſe ad eſſe. De qua Ro. iij. Qui

vocat ea q̄ nō sunt. Vocatio que ē ad gr̄am est de esse ad bñ esse. De qua. j. Cor. j. Videte vocationē vr̄az fratres q̄z nō multi sapiētes. nō multi potētes nō multi nobiles ⁊c. Tercia vocatio q̄ est ad gloriā est de bñ esse ad pfectum esse. De q̄ Mat. xxv. Venite bñdi. pa. mei pci. regnū. De secūda q̄ vocatiōe q̄ est de culpa siue originali siue actuali ad gr̄am ait hic btūs Petr⁹. cū dicit. In hoc vocati estis. ¶ Hac autē vocatiōe vocat dñs q̄drupl̄r tanq̄ p q̄ tuor nūcios. Vocat em̄ pp̄dicatiōez sic vocauit apl̄os ⁊ pl̄es alios. Mat. iij. Venite post me faciaz vos fieri pi/ scatores hoim. Secūo vocat p inspi rationē. Sic vocauit martā magdale/ nā Lu. vij. Ut ognoz̄ q̄ iesus accubuis set vēit. Esa. vij. Sibilauit dñs muscę q̄ est in extremo flumine egypti ⁊c. Tercio vocat p beneficia. sic q̄si manu ducebañ vt pueri iudei. De q̄bus ps. Dedit eis regiones gentiuz et laboz̄es pp̄loz̄ possederūt vt custodiāt iustifica tiones ei⁹ ⁊ legē eius exq̄rāt. Sed certe p hūc nunciū vocati pauci veniunt. qō ipse dñs q̄rit dicēs Osee. ij. Dedi eis frumentū vinū ⁊ olcū. argentuz multi plicaui eis ⁊ auruz. q̄ fecerūt baal. In cant. mo ysi. Incrassat⁹ ē dilectus ⁊ re calcitrauit. Et sequit. Derelict deum fa ctorē suum ⁊ recessit a deo salutari suo Exēplū in. pmptua. ca. iij. ¶ Quar to vocat p flagella. sic vocauit pauluz q̄n pcussus cecidit. aptisq̄ oculis nihil vidit. dicente dño. Saule saule q̄d me pseq̄ris Iste nūcius ceteris ē efficatioz Un statim rñdit paulus. Dñe q̄d me vis facere. pmpt⁹ ad obediendū. Act. ix. Hic est nūci⁹ q̄ q̄n venerit/fac a pec cato surgere. facit vincla delectationū q̄b⁹ detinebaī relinq̄re. facit oī bñficia cognoscere. ⁊ futura pricula aduertere. Nō significat in angelo petri Act. xij Qui pcusso latere petri excitauit eū di cens. surge velociter. s. a culpa. ⁊ ceciderunt catene. s. delectationuz. Et cognouit in se reuersus. Et ve illi qui p hos nūcios vocat⁹ neglexerit venire. q̄z nō sequit ipm nisi ppetuus interit⁹. Unde Prouer. j. Quia vocaui. s. p̄dicatōes et renuistis. extēdi manū meā p bñficia oz collationē. ⁊ non fuit q̄ aspiceret. de spernistis oē cōsilium meū. s. interiorus inspiratiōis. ⁊ increpatiōes flagellozū neglexistis. ego quoq̄ in interitu vr̄o ridebo ⁊c. Exemplū cap. ij. ¶ Secundū. s. vocatōis rationē q̄ est ad gloriā tāgit cū subdit. vt bñdictiōz hę reditate possideatis. ¶ Et nota triplicē dei bñdictiōez. s. fortune. gr̄e. et gloze. Prima. s. fortune est in tpalibus. De q̄ Job. j. Opibus manuū eius bñdixi sti. et possessio ei⁹ creuit in terra. Et in Gen. xxiij. de abraā dr. q̄ bñdixit illi dñs ⁊ dedit ei boues et oues. argentū ⁊ aurū. Secūa. s. gratie cōsistit in vir tutibus. De qua ps. Etenī bñdictionē dabit legislator. ibūt de virtute in vir tē. Tercia scz gloze consistit in here ditaria eiusdem possessiōe. De qua hic vt inquit bñdictionez hereditate possi deatis. Prima bñdictōez diligūt cum esau mundana appetentes. qui post̄ multum p tali bñdictione flendo eius/ lasset. Gen. xxvij. dictū ē ei. In pinguc dine terre et in roze celi desup erit bene dictio tua. Secundā bñdictionē scz gratie querūt cū iacob contra vicia lu ctantes. vt p gratiam in tentatiōibus fortificenī. Unde Jacob luctando di xit Gen. xxxij. Non dimittā te nisi bñ dixeris mihi. Et bñdixit ei in eodez lo co. vt alijs prevalere posset. ipsum for tificando. Sic ⁊ paulo in sua tentatio ne dictum est. j. Corinth. Sufficit tibi gratia mea. Illa enim est que facit cū tentatione prouentum vt possimus su stinere. Terciam benedictionē que ē gloriē appetunt contēplationi insisten tes. qui dicunt cū apostolo Cupio dis solui et esse cum christo. Quibus ⁊ dr Mat. xxv. Venite benedicti pr̄is mei possidete regnum quod vobis paratū est. Ad quod nos pducat. Exemplum ca. xij. R.

De euangelio.

Sermo. CXXVII.

Ascendit in na
uē vnā q̄ erat simonis ⁊ sedēs
docebat ꝺ nauicla turbas. Lu.
v. ¶ Scōm ꝙ glosa nauicularz al
legorice cruce christi dic̄.in p̄missis v̄
bis tria designant.vicz saluatoris no
stri in cruce ascensio.cū dic̄ Ascēdit in
nauē.Scdo eiusdē in cruce p̄m hūam
tatē nō p̄m diuinitatē passio. cū dicat.
Sedens. Tercio in cruce multoꝝ salu
bris instructio.cū subdit.⁊ docebat de
nauicula turbas. ¶ Bñ aūt ꝙ nauicu
le ascēsiones saluatoris nr̄i ascēsio in
cruce designat. Nauicula em̄ crux dici
tur triplici rōne.s.rōne materie rōne fo
me.⁊ rōne officij. Eiusdē em̄ materie
sunt crux ⁊ nauis.qz de ligno. Vñ q̄tū
ad vtrūq̄ pōt referri illud Sap̄.xiij.
Exiguo ligno ꝓmittūt hoīes animas
suas. Itē rōne forme.qz sic̄ nauis est
in fine stricta ⁊ in medio lata ⁊ in capi
te strictissima.sic fuit crux christi: Nā
in fine circa pedes fuit stricta.ita q̄ cre
dit ꝙ vnus pes supra alium poni nō po
terat ꝓ vnus supra alium vt vno clauo
transfigerent. In medio lata qz expā
dit manus suas ad populū nō credēn
tē ꝓdicentez. Esa.lxv. In capite stri
ctissima.qz q̄rta ps crucis.s.illa tabula
q̄ fuit circa caput nō fuit apposita nisi
post mortē p̄ pilatū. Vñ filius homi
nis ⁊ habuit vbi caput suū reclinaret
tō inclinato capite tradidit spūm.
Item rōne officij. Officiū em̄ nauis ē
de portu ad portū traducere. Sic crux
xp̄i trāsuehit de portu miserie ad por
tū glorie. Vñ Luc̄.vl. O portebat pati
christū ⁊ sic intrare in gloriā suā. O q̄
cito illū ad portus glorie pduxerat cui
dictū fuit in cruce pendēti. Hodie me
cū eris in paradiso. Vñ em̄ ꝙ nauē cruc̄
ascēdisset.⁊ si mille annis laborasset nō
illuc puenisset. Hāc aūt nauem xp̄s
ascendit volenē.non em̄ tract' ꝺr tanq̄
inuitus.sed ascendit volūtarius. Esa.
liij. Oblat' est qz ipse voluit. Itē ascen
dit innocenter.qz pctm̄ nō fecit. j. Pe.
ij. Unde ⁊ vn' ꝺe latronib' testimoniū
innocentie sibi phibuit. Luc̄.xxiij. Hic
inquit nihil mali gessit. Itē ascēdit po
tenter. In cruce em̄ debellauit aereas
ptātes. Abac̄.iij. Ibi abscōdita ē fortitudo ei'. ¶ Bz cū xp̄s duas na
turas habuit.s.diuinā ⁊ humanaz p̄m
q̄m passus sit designat cū ꝺr. Sedens
in nauicula. Qui em̄ sedet ptim est ere
ctus ⁊ ptim ꝓstratus. Sic xp̄s p̄m hūa
nā naturā in cruce fuit ꝓ penā ꝓstrat'
sed q̄tum ad diuinā fuit erectus. qz ni
hil pati potuit. Hoc liquide p̄signatū
fuit in immolatōe abrae q̄n filiū suū vo
luit deo immolare. Gen̄.xxij. Unꝺ ysido
rus in glosa. Sicut abraā vnicū ⁊ dile
cū filiū suū victimā deo obtulit.sic de
us p̄r vnigenitū filiū suū ꝓ nobis ob
tulit. Et sic̄ isaac ligna portabat quib'
immolādus erat.sic xp̄s crucē in q̄ cru
cifigendus erat. Sed certe isaac in im
molatōe nō tangit̄ sed aries qui hūa
nā naturā designat immolat̄. Vñ glosa
Caro potuit crucifigi.diuinitas ñ po
tuit tangi. Hoc idem innuit̄ in p̄s.vbi
ꝺr. Si nō moyses electus eius stetisset
in cōfractione vt auerteret iram eius
Christus em̄ elect' moyses in ꝓfractō
ne hūanitatis in cruce stetit inter cōcussus
diuinitate. Si em̄ totus ꝓstratus fuis
set hominē ꝓstratū sublcuare nō potu
isset.nec hostez hūanī generis superare.
Sic ḡ in xp̄i sessiōe ostēdit̄ ipsius hūa
ne nature nō diuine in cruce passio cū
ꝺr. Sedens in nauicula. ¶ Tercō
multoꝝ de cruce salubris ab ipo osten
dit̄ instructio.cū ꝺr. Docebat ꝺ nauicu
la turbas. Sed q̄les turbas.certe q̄ ꝓ
desiderio audiendi irrucbāt vt audirēt
eū. Immiserat em̄ dñs in eos famem
nō famem panis neq̄ sitim aq̄.sed au
diendi ꝟbū dei.sicut ꝓmiserat. Amos
viij. Ecce dies venūt dic̄ dñs. ⁊ mittaz
famem in terrā.nō famem panis neq̄
sitim aq̄ ꝓ audiendi verbū dei. Fames

itaq; que est appetitus cibi corpalis signū est sanitatis corpis. & ecōtrario fastidiū huius cibi signū est languoris spūalis. Inest brutis aialib⁹ naturalis appetitus cibi. Vñ currunt aues & pisces ad cibū si eis ꝓponat. Et aues q̄ viuūt de grano frequētant vbi segetes excutiunt. Inexcusabiles sūt ḡ hoīes rōne vtentes q̄ cibū suū vel nō ꝓgnoscūt vl negligūt & porrigētes eū fugiūt. Quales nō fuerūt iste turbe q̄ irruebant vt audirēt eū. & ipse de nauicula docebat turbas. qz certe tales de nauicula cruq̄ laluberter docuit. Exēpluz ca. viij. ❡ Docuit aūt facto. docuit & vbo. ❡ Facto docuit tripliciter. Nam contra auariciā docuit pauptatez qñ in cruce nudus remānsit. Contra supbiā docuit hūilitatē & vilitatē. qñ vili genere mortis & cū latronibus ꝓdemnari voluit. Cōtra carnis lasciuiā docuit asperitatē. qz affixus clauis. cōfixus lācea. coronatus spinis sputis illitus. felle potat⁹ Hanc triplicē doctrinam reducit dñs cuilibet suo discipulo ad memoriā Lre. iij. dicens. Recordare pauptatis mee. q̄tuz ad primū. trāsgressiōis. i. maudite hūilitatis. q̄tū ad secūduz. ab sinthij & fellis. q̄tum ad tercū. ❡ Docuit nihilominus verbo & ꝑ multiplicit ꝑm multa vba. i. septē. Que in cruce ꝓtulit. Primū fuit. Pater dimitte eis qz nesciūt quid faciunt Lu. xxiij. Hoc cōm fuit. Hodie mecū eris in paradiso. Luce xxiij. Tercū Mulier ecce filius tu⁹ et ecce mr̄ tua. Joh. xix. Quartū Deꝰ meus deus meus vt quid dereliquisti me Math. xxvij. Quintū fuit. Sitio. Jo. xix. Sextū Cōsummatū est. Joh. xix. Septimū. In manꝰ tuas cōmēdo spm̄ meū. Lu. xxiij. ❡ q̄ntā & q̄ vtilē doctrinā in pmissis singulis vbis ostēdit.

In primo docuit q̄ tecunq; magne offensē relaxationez. qz nō solū iniurias patienter sustinuit. sed nec etiam inimicis cum nocere posset & mīctas legiōes angelox in defensionē sui habere noluit. nec nocere voluit. qđ est benignorū & mansuetox. Sed horū adhuc legem trāscendens bona ꝓ malis reddidit apud patrē crucifixores excusando dicēs. Nescūt qđ faciunt. Et pro eis orādo Pater inqt ignosce eis. Nunq̄ fuit hō qui tātas ab inimicis sustinuerit iniurias. sicut dicit Tre. ij. O vos oēs q̄ transitis p viā attendite et videte si est dolox similis sicut dolox meus. Et tñ mox dimisit. Nō est cōtra illos q̄ etiā minimas iniurias remittere ꝓtēnunt. licet ex hoc magnū bonū seq̄tur. Matth. vj. Si dimiseritis hoīb⁹ p etiā coxr dimittet et pr̄ vester celestis peccā vestra. si nō dimiseritis. nec pater vr̄ dimittet vobis. Exempluz ca. vj. ❡ In secundo verbo scz qđ dixit latroni tollit a peccatorib⁹ desperatiōem & infert consolatōez. Vñ Anselm⁹. Latro q̄ ꝓ suis sceleribus crucifixus est. o domine iesu tecū vsq; ad ipsius anime singultū semp in peccatis fuit. sed tñ in ipsa hora expiratiōis sue. qz malicia sua cōfessus est et culpā clamauit & miserī cordiā inuenit. et tecū in ipsa die in paradiso fuit. Sed notandū q̄ latro licz tarde tñ magno feruore christo adhesserat. In signū cuius blasphemantē & iniquū redarguit dicēs. Neq; tu times deū. Seipm accusauit dicēs Nos quidez iuste digna factis recipimus. Hoc christo stando ipm iustificauit dicens. Hic vo nihil mali gessit. Et post deuote supplicauit dicens. Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū. Et christus q̄ dat supra id qđ petimus aut rogamus. sibi & petentibus in solacia triā ineffabiliter delectabilia. ꝓmisit. viz. dei fruitionē. que notat in paradiso. Sicut dicit Aug⁹. Suuplsius assōciatōez cū dicit. mecū. Et hoc accelerationem cū dicit. hodie. Exempluz ca. ix. ❡ In tercio vbo scz cū dixit. Mulier ecce filius tu⁹. Et ecce mater tua. docet pientū curā & honoratiōnē. licz ad hoc ipsum nos plura inducant. s. scriptura exēpla et pmia. Scriptura vtiq; no-

ni et veteris testamēti. Exo.xx. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā. Idē Math. xix. Itē Ecc̄. vij. Honora p̄rem tuū et gemitū matris tue ne obliuiscaris, memor esse debes q̄ ⁊quāta passa sit i vtero suo ꝓpter te. Itē inducunt exēpla inter q̄ maximū est exēplū xp̄i Uñ Lu. ij. Descendit in nazareth et erat subditus illis. Et in angustia posit⁹ passionis. et de ꝟ seculo trāsiturus matrē solicite discipulo ꝓmēdauit dicēs. Ecce mr̄ tua. Itē aialia dāt nobis exempla Dicit em̄ de grue q̄ q̄n p̄r ⁊ mr̄ deplumati sunt pulli eox ꝓuident eis q̄diu illi nō p̄nt. vel quousq̄ moriant. et dicunt. qz ⁊ ipsi pentes ꝓuiderāt eis cum pui essent. Epb. vj. Reddite vicē pentib⁹. qz hoc acceptū est coꝝ deo. Inducāt etiā p̄mia. Et p̄imū est vite plōgatio. Exo.xx. Honora p̄rem ⁊ mr̄em vt sis lōgeu⁹ sup terrā. Scōm ē oꝛōis exaudicio. Ecc̄i. iij. Qui honorificaue rit p̄rez suū to cūdabit in filijs. ⁊ in die oꝛōis sue exaudiet. Terciū est tpalis ⁊ eēne btitudinis adeptio. Ecc̄i. iij. Honora patrē tuū vt supueniat tibi bñdictio scz p̄ns ⁊ futura. ℣ In ārto vbo. s. vt ꝺd me dereliq̄sti doez afflictis exhibere ꝓpassiōz. Quia ꝟ dixit maxīe p his q̄ erāt in limbo quox miseriā et derelictionē suā reputabat. Uñ Aug. sup illud ps. Ad⁹ deus me⁹ respice i me ārc me dereliq̄sti. dic̄. Caput loquit̄ p mēbris tādiu i limbo derelictis. O vti ꝓpassionē reputarem⁹. ⁊ de ruina p̄ri mime gauderem⁹. Sic ꝓpatiebat apostol⁹. ij. Coꝝ. xj. dicēs. Quis infirmat̄ ⁊ ego ñ infir. Exemplū ca. x vij. ℟. In tem ad vltcriora siue dilectionē siue deuotionē. Uñ sci exēplo christi q̄to pl⁹ deū diligūt tanto magis ipm̄ diligere appetūt. q̄ appetit⁹ hic sitis dr. Uñ ps. Sitiuit aia mea ad deū fōtē viuū. Et quō. Sicut ceru⁹ mḡt desiderat fontē aq̄x. Ceru⁹ q̄diu nō puenit ad fontes tādiu desiderium et sitim nō remittit. Sic et sancti. Uñ Aug⁹. O fons vite vena aquax viuētū. q̄n venā ad a q̄s dulcedinis tue. de terra desita inuia et inaquosa vt sacies exaḋs misericordie tue sitim meā. ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Exemplū in ꝓmptuario ca. xij. R. In sexto vbo cū dicit Cōsummatū est. docet in bono pseuerantiā. In cuius signū etiā in lege p̄cepit vt in sacrificio cauda cū capite offerat. Quia sicut dicit Grego. Incassum ꝺdem occurrit si ceptū iter añ terminū deserat. Unō dicit dñs. Qui pseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Exemplū ca. xij. ℣ In vltimo verbo cū dicit. In manus tuas ꝓmendo spm̄ meū. docuit q̄ in fine vite nr̄e deo spiritum ꝓmendare debeamus vt. s. spūs redeat ad dñm q̄ dedit illū. Exēplo b⁹ beatus nicolaus sicut legit̄ in legēda sua cum videret se fini appropinq̄re. psalmū. In te dñe speraui. cepit cantare Et cum dixisset. In manus tuas dñe ꝓmendo spm̄ meū. feliciter expirauit. Exemplū ca. xij. R.

De euangelio.

Sermo. CXXVIII.

Receptor per to

tam noctē laborātes nihil cepim⁹. Lu. v. ℣ Verba sūt beati petri apli in psona mūdanox p lata. in q̄b⁹ conatus coꝝ miserabil̄ triplicit exprimit. Est em̄ tenebrosus. laboriosus ⁊ infructuosus. Tenebrosus oñdit. cū dic̄ p totā noctē. Laboriosus cū dic̄. laborātes. ifructuosus. cū dic̄ nihil cepim⁹. De his trib⁹ Sap. v. dicūt mōani arguētes seipos i iferno Lumē iusticie ñ luxit nobis ⁊ sol intelligencie ortus est nobis. Lassati sum⁹ ⁊ tū ad scōm. q̄d nobis pfuit superbia aut diuitiarum iactātia trāsierūt oia tanq̄ umbra. ⁊ tū ad terciū. Quātū ad primū pēsandū ē triplex gen⁹ tenebrarū q̄b⁹ iuoluunt pctores. Primū gen⁹ ē ignorātie. ps. Nescierūt neq̄ intelle, i tenebris ābu. Deut. xxv. Utinā sapēt

et intelligerent ac nouissima ꝓuiderẽt Scõm genus est culpe Ro.xij. Abijci amus opa tenebraꝝ. Terciũ genꝰ est pene. Vñ Math.xxij. Ligatis manib⁹ ꝛ pedi. ꝓijcite eũ in te.exteriores. Et no tandũ ꝙ tenebre prime.s.ignorãtie du cũt ad secũdas.s.culpe. Et secunde ad tercias.s.pene. Quantũ ad hec tria di cit pñs.de pcõrib⁹. Fiat via illoꝝ tene bre.s.ignorãtie.ꝛ lubricũ.s.culpe.ꝛ an gelus dñi pseqũs eos ꝙtũ ad penã.

¶ Circa scõm etiã pẽsare debemus triplicẽ laborẽ in conatu mũdanoꝝ.vi delicẽ cupiditatis in augẽdis diuitijs. voluptatis in cõsequẽdis carnalib⁹ de siderijs.ambitõis in adipiscẽdis hono ribus mũdanis. De primo laborẽ.s.in augendis diuitijs dr Eccs.v. Consi derãs aliã repi vanitatẽ sub sole. vn⁹ est ꝛ scõm nõ hz.ꝛ tñ laborare nõ ces sat. De scõo laborẽ q sez ẽ in ꝓseqndis carnalib⁹ desiderijs.dr Eccs.vj. Vis labor hois in ore eius ꝛ aĩa illius nõ implebit bonis. De tercio laborẽ q est in adipiscẽdis honorib⁹ mõanis dicit Eccs.x. Labor stultoꝝ pdet eos vel af fliget eos. De hoc triplici laborẽ mul tuz aggraua. De hac materia redre in aduentu in ꝑmone Quid erisbs in de sertũ videre. ℣ Vere miserabilis labor.sed miserabilioꝛ tãti laboris in fructuositas.quã recognoscũt cũ dicũt Nihil cepim⁹: Infructuosus esn la bor honoꝝ. Vñ pñs. Vidi impiũ superexaltatũ. Et sequit. Et trãsiui ꝛ ecce non erat.qsiui.ꝛ nõ est inuẽtus. Exẽpluz de ludo schacoꝝ.vbi post ludũ rex ꝛ regina eẽliter cũ aliis in saccũ.i.in terrã ꝓijciunt. Itẽ infructuosus est labor diuitiaꝝ Pñs. Dormierũt somnũ suũ ꝛ nihil inuenerũt omes viri diuitiarũ in manib⁹ suis. Quia sic dic Ber. Mun dus incorrabilẽ hostiaruz statuit vt ni hil ꝑter pcã deportare ꝓmittat. Exẽ plũ de illo q tres amicos hns in qbus multũ ꝓfidebat.cũ fidetubere deberẽt ꝓipso corã iudice dicebãt se ipm non agnoscere. Hz vnus ex miscdia ꝓmit tebat ꝙ si suspẽdi deberet⁹ pannũ sup oculos ei⁹ eius daret ad ligandũ. Hic est mõs. Secũdus idez asserẽs ex mia ꝓmittebat se vsq ad ostiũ iudicis venire nõ vltra. Hi sũt pentes vxor ꝛ ami ci q veniunt vsq ad ostiũ sepulcri. Ter cius ver⁹ amicus est xps q plus ꝙ pe tebat fecẽ. De hõ in ꝓmptus habet ca.xj

℣ Itẽ infructuosus est labor carna liũ delicioꝝ. Ro.vj. Quẽ ergo fructũ ha buistis in illis in quibus nũc erubesci tis.q.d.nullũ. Nã luxuriã non sequit nisi labor in ꝓsenti.et in futuro dolor. Unde sequit. Nam finis illoꝝ mors est Exemplum ca.ij.ff

¶ Dñica sexta de epla.

Sermo.CXXIX.

IN complãtati fa cti sumus similitudini mortis christi simul ꝛ resurrectõis eri mus. Ro.vj. ℣ In ꝓmissis vbis apls ostẽdit ẽliter duplici similitudini saluatoris assimilari possum⁹. vtz sili tudini mortis.ꝛ hec ẽ in via.qua tan git cũ dicit. Si cõplantati facti sum⁹ si militudini mortis christi. Et similitu dini resurrectõis.et hec in pria .quam subdit cũ dicit. Simul ꝛ resurrectõis erimus. ¶ Circa primũ nota ꝙ q̃ꝛ ꝑ in uenimus in morte christi q̃ sequẽdo si bi assimilari possum⁹. Primũ ẽ hũi litas. Phi.ij. Vñiliauit semetipm. Et qz in eodez ꝑtẽ imitari possum⁹ dicit. Math.xj. Discite a me qz mitis sũ et hũilis corde. Scõm est obedientia. Phil.ij. Factus obediẽs vsq ad mor tem. In quo etiã ipm sequi possumus Actu.iij. Oportz deo obedire magis ꝙ hoib⁹. Et pñs. Ut iumentũ fact⁹ sum apud te. Quia iussitũ omia cẽliter por tat.nõ distinguit vtrũ muscate sint vel fimus quib⁹ oncrat. Tercio est immẽ sa caritas Jo.xv. Maiorẽ caritatẽ ne mo hz ꝙ vt aiam suã ponat quis ꝓ amicis suis. Ad idẽ nos inuitat.cũ dic. ibidez. Hoc ẽ ꝓceptũ meũ vt diligatis

inuicē sicut dilexi vos. ¶ Quartū est mira patientia. qz cū legionibus angelox defendere se posset nō fecit ꝑ cū maledicereť nō maledicebat. cū paterer nō cōminabať. j. Pet. ij. Ad idē inuitam Hebre. xij. Per patiam curramus ad ꝓpositū nobis certamē aspicientes in auctorē fidei. Quintū fuit pseuerātia qz in his oībus vsq; ad mortem pseuerauit. Phil. ij. Usq; ad mortē mortem ātē crucis. Ad idē nos inuitat. Lu. xxiij Qui aūt pseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. Exemplū. c. vij. ff. ¶ Et sic assimilabim̄ ei in via. in morte assimilabimur vtiq; t in resurrectiōe in patria. Et ꝑ ettā in ūnq; q̄ xps in se resurgendo habuit. ¶ Primū est corpis cum debita ꝓportie integritas. Thes. Mox tui resurgent incorrupti. Aug⁹. ¶ Post mortē de cadaueribus quicq̄d in sepulcro in spūalis corpis nouitatē ex aialis corpis vetustate mutatū resurget. incorruptiōe atq; imortalitate vestiť. Secūdū est corpis luciditas. Matb. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eox. Et Phil. iij. Qui reformabit corpus humilitatis nre cōfiguratū corpi claritatis sue. Terciū est mira agilitas. Qz sicut dicit Aug. Ubi volet spūs ꝓtinus erit t corpus. Quartū est subtilitas. qz vbicūq; sine resistentia penetrabit.

Quintum est impassibilitas. qz nec mortē. nec aliquā penā. nec aliq̄d ꝓtrarij sustinebūt. De his q̄uor corpis dotibus tangit Sap. iij. Fulgebūt iusti t tanq̄ scintille tē. Adapta.

De euāge. Sermo. CXXX

Nisi abundauerit iusticia vra plus q̄ scribarū t phariseox nō intrabitis in regnū celorū. Audistis qz dictū est antiq̄s. nō occides tē. Mat. v. ¶ In his vbis dñs oib⁹ volētibus regnū celox intrare duplex via siue aditus oñdit. ¶ Primus aditus est supabūdantia iusticie respectu phariseox. quā tangit cū dicit. Nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribax t phariseox nō intrabitis i regnū celox. Scōs aditus est supabūdatis pfectiōis respectu antiquox. quā tāgit cū subdit. Audistis qz dictū est antiq̄s nō occides. Ego aūt dico vobis. oīs q̄ irascit fratri reus erit. Per primū. s. supabūdantiā iusticie ordinatā ad deū Per secūdū scz supabundantiā pfectionis ordinatā ad ꝓximū. ¶ Quantū ad primū pensandū q̄ iusticia phariseorū multiplex fuit. Pria fuit qz se oībus in bonitate pferebāt. t ideo alios ꝓtēnebāt qō pz in phariseo. Lu. xviij. Gras tibi ago dñe. qz nō sū sicut ceteri hoīm raptores iusti adulteri. t ideo publicanū tanq̄ malū ꝓtēnebat. Un subdit. Uelut etiā hic publicanus. Hoc ipm in phariseo pz. Luc. vij. q̄ postq̄ inuitauerat dñm se in sanctitate alijs pferens. mariā magdalenā peccatricē q̄ ad medicū venerat cū ipo medico ꝓtēnebat dicēs Hic si esset ꝓpha sciret q̄ t q̄lis ē. q̄ tangit cū qz peccatrix est. Sed certe iusticiā phariseī primo supabūdauit iusticia publicani hūiliter peccata recognoscētis t dicētis. Deus ꝓpiaus esto mihi peccatori Quia hic descendit in domū suā iustificatus t phariseus māsit peccatis maculatus. Sic t maria magdalena supabūdauit phariseī iusticiā qz dimissa sunt ei peccata multa. phariseo macłato remanēte i spirituali lepra t ꝑ digne. sicut ꝓcludit dñs. Quia oīs qui se exaltat humiliabiť. Hanc t nos fratres charissimi iusticiā phariseox supabūdem⁹. vt quātūcūq; nos credam⁹ pfectos esse alios nō ꝓtenamus. ꝑ tāq̄ de statu nostro dubij in timore t hūilitate nos portemus. Multos em̄ vidimus sicut dicit aplus Gal. iiij. Qui in spū inceperūt t in carne ꝓsūmaucrunt Sic salomon in sapientia incepit t in fine femora sua inclinans mulieribus maculā in gloria sua posuit. Ecc. xlvij Quia a mane vsq; ad vesperā imutabit tps. sic dicit. Ecc. xviij. Un btūs aug⁹. in libro soli. Contremiscūt dñe omnia

ossa mea. quia nō securā ois homo viuens sup terrā vt nō sit fuitiuum sine timore ⁊ gaudiū sine tremore. cum ignoret hō vtrū amore dignus sit vel odio. Et subdit. Audiuimus dñe ⁊ audiuimus a patribus nostris. qō vtiq; sine tremore nō recoloquosdā vsq; ad celos ascendisse. ⁊ inter sydera nidū suū collocasse postmodū aūt ecciditsse vsq; ad abyssos Audimus lucē obtenebrasse ⁊ tenebras lucē ꝓcessisse. Exemplū in vitis patrū de quodā heremita. ad quē cū veniss̄et q̄dam latro multū de peccatis suis penitens. quē cū despexisset ⁊ in societate recipere noluisset. cū latro sibi ipsi heremitoriū facere voluisset arbor p̄ cāsa subito oppressit eū. Heremita ille vidit q̄ angeli ipsius aiam ad paradisum deferebant. Et cū scandalizatus diceret q̄ deus plus fecisset ꝓ solatiōis latroni q̄ sibi q̄. xx. annis deo in heremitorio seruiuisset ⁊ nūq̄ tm̄ p angelos ꝓsolatus fuisset. ⁊ ex hoc decreuit potius esse latro. ⁊ captus in latrocinio. mox suspensus fuit. Aliud exemplū in ꝓmptuario. ca. iij. Ite. Item iustitia phariseoꝝ fuit p opa sua nō deo ꝑ hōib⁹ placere. Vñ Matth. xxiij. Oia opa sua faciūt vt videant ab hōibus. Sed supabundat iustitia nr̄a huic iustitie. q̄ ad q̄ tendimus vt p opa nostra nō hominibus sed deo placeamus. Et ad hoc monet nos dñs Matth. vj. reprobando phariseoꝝ stultitiā dicens. Attendite ne iustitiā vestram coram hominibus faciatis vt videamini ab eis. Et hoc q̄tum ad plura. Et primo q̄tum ad orationē. Amant in angulis plateaꝝ stantes orare vt videantur ab hōibus. In hoc innuit ipsoꝝ vanā iustitiam. Sed subdit supabundantiam cū subdit. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū. ⁊ clauso hostio ora patrē tuū i abscōdito Ite q̄tum ad ieiunū innuit phariseoꝝ simulatā iustitiā cū ibidē dicit. Exterminat enī facies suas vt videant hōibus ieiunantes. sed docet supabundantiā. cū subdit. ne videaris hoibus ieiunans. sed patri tuo q̄ est in abscondito. Item q̄tum ad elemosynam innuit eoꝝ iustitiā stultā Matth. vj. dicens. Tu aūt cum facis elemosinā noli tuba canere ante sicut hypocrite faciūt Et docet huius iustitie supabūdantiā cū subdit. Te aūt facięte elemosynā nesciat sinistra tua q̄d faciat dextra tua. vt sit elemosyna tua in abscōdito. In hac iustitia semp abundabat apl̄us cum in noie dñi oia faciens dicebat. Di hoibus placerem huus xp̄i nō essem. Iter iustitia phariseoꝝ erat multa loqui ⁊ pauca facere. Matth. xxiij. Dicūt enī ⁊ nō faciūt. In qua supabundāt imitatores xp̄i regnū celoꝝ intrare cupientes qui prius ⁊ plus faciūt q̄ dicūt. Iuxta q̄d de xp̄o. Actuū. j. dr̄. Cepit ieius facere ⁊ docere. Et hoc idem suos imitatores docuit Matth. vij. Qui inḡt fecerit ⁊ docuerit ꝑ nō solum intrabit in regnū ce. ꝑ etiā magn⁹ vocabit̄ i regno celoꝝ. Vere cm̄ discipli xp̄i sic dic̄ greg. ꝑ ex sua vita excipiūt q̄d alijs dicūt. Iuxta illud apl̄i Ro. xv. Non enī audeo aliquid hoꝝ dicere q̄d pre me nō efficit xp̄s. Exemplū ca. vij. R. S. Ite phariseoꝝ iustitia erat exteriorē nō interiorē mūdiciā curare. Vnd Matth. xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pharisei q̄ sumiles estis sepulcris dealbatis. q̄ a foris parent speciosa. intus vo plena sunt ossibus mortuoꝝ ⁊ oī spurticia. sic ⁊ vos a foris paretis hōibus iusti intus autē pleni estis hypocrisi ⁊ iniquitate. Sed supabundantia hui⁹ iustitie est plus interiorē q̄ exteriorē mundiciā quere. Et hoc idem oñdit dñs. cū dicit. Pharisee munda prius q̄d intus est vt fiat q̄d deforis est mūdū. Fallax enī gratia ⁊ vana est pulcritudo exterior sine interiori. Vñ oīs gl̄ia filie regis ab intus Ite iustitia phariseoꝝ erat alios ⁊ nō se penitentijs aggrauare. Vñ Matth. xxiij. Alligant onera importabilia. suo aūt digito nolūt ea mouere. Sed iustitia xp̄i est in qua supabūdare debem⁹ potius subditos portare q̄ ipi a nobis portari exemplo ipsius saluatoris qui

peccata hoim ī corpe suo portauit sup lignū.j. Pet.ij. Et saul dicit samuelī tā ꝙplato suo. Nunc queso porto peccatū meū. Unde ꝛ Leuit.x. dictum fuit sacerdotibus. Ut portetis iniquitatē mltitudinis ꝛ rogetis ꝓ ea in ꝓspectu dñi Sed heu vsq; hodie videmus ꝙ ea q̄ imponunt aliis suo digito mouere nolunt. Bern. Quid ingū sup illos aggrauatis quor onera potius portare debetis. ℣ Secundū aūt adictū regni celor q̄ est in supabundantia pfectionis respectu antiquor tāgit. cū dicit Audistis q; dictum est antiquis. nō occides. Hoc implendo credebant se perfectos esse. q; lex stringebat tm̄ manū. Sz xps addit supabundantiā pfectionis. q; nō tm̄ stringit manū sed etiam animū cum dicit. Ego aūt dico vobis ois q̄ irascit Hic aūt pfecte ordinatim̄ ad ꝓximū. docet em̄ oēs iniurias ꝓximi nos fugere ꝛ hoc sub cōminatione pene. Dis em̄ iniuria ꝓximi aut ē in corde aut in ore aut in ope. Quantū ad iniuriā cordis dicit. Omnis qui irascit fratri suo. ꝛ addit penā. reus erit iudicio. Quantū ad iniuriā oris dicit. Omnis q̄ dixerit fratri suo racha vel fatue debitor est pene Unde reus erit ꝯcilio. Quantuz ad iniuriā opis dicit. Non occides. addens penā. q̄ aūt occiderit reus erit iudicio. De his tribus ꝯtum placet adapta.

Dñica. vij. de epistola.

Sermo. CXXXI.

Cum essetis serui esse peccati liberi fuistis iustitie. quē ḡ fructū habuistis tūc ī illis ī q̄bus nunc erubescitis. nam finis illorū mors est. Ro. vj. ℣ In his ꝙbis aptas ad hoc vt fugiamus statum peccati ondit eū detestabilē. ꝛ hoc ꝓpter q̄ tuor. Prio ꝓpter ei? gnobilitatē. cum dicit. Cū em̄ serui essetis peccati. Secundo ꝓpter infructuositatē. ibi. Quē ḡ fructū habuistis. Tercio ꝓpter erubescentie rubore. ibi. In q̄bus nūc erubescitis. Quarto ꝓpter mortis ꝛpalis ꝛ eterne incursionē. ibi. Nam finis illor mors est. ℣ Vere detestabilis est status peccati ꝓpter ignobilitatē. Nā peccatū de libero facit seruum. Si em̄ magnū in hoc mōo reputat liberū quēpiā effici p̄ impatorem. multo maior est nobilitas collata p̄ nostram saluatorem qui est rex regum ꝛ dns dñantium. Talis est libertas xp̄ianor Unde gal.iij. Qua libertate xp̄us nos liberauit. Sz certe de tanta libertate cadit homo in ignobilitatē p̄ peccatū mortale. q; tunc de milite xp̄i efficitur seruus peccati et p̄ consequēs seru? dyaboli. Unō Job viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et. j. Pet.ij. A quo quis supatus est eius ꝛ seruus est. Aug. Bonus hō si seruit liber est. malus si regnat seruus eb. nō vnus hoīs sed qō potius est tot demonior quot vicior. Exemplus de maria magdalena que ꝑm vnū euangelistam habuit septem vicia. ꝛ totidem ꝑm alium habuit demonia. Exemplū in ꝓmptuar ca. xij. ℣. ℣ Secūdo detestabilis est status peccati ꝓpter infructuositatē. quā innuit. cū dicit. Quē ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. q. d. nullū. Quia vere ex peccatis nullus vnq̄ sequitur fructus sed solūmodo pena ꝓsequitur. Unde Aug?. Iussisti dne vt ois motus inordinatus pena sibi sit. Et vtinam tantā angustiam pene sustineremus in merito ꝓcrendo q̄ntā reprobi sustinent in vicio ꝓpetrando. vicz auari pecuniā cumulando. superbi honores ambiendo luxuriosi carnis lasciuiā ꝓcupiscendo. Propter hoc dicit Sap̄. v. Lassati sum? in via iniquitatis. Itē infructuosus est status peccati. q; ꝛ si etiā aliquid facit petor bonū in genere est em̄ quasi mortuū. q; non meritorium. ꝛ est quasi mare mortuū qō nihil generat ptuēs ad vitam. Esa.lix. Opa eor inutilia. Dona em̄ iniquor nō pbat. i. non approbat altissimus. Ecc. Tales pñt dicere illud esa.lviij. Ieiunauim? ꝛ nō aspexisti hūlia

unus animas nostras ⁊ nescisti. Exē/plum ca. vj. H. ¶ Tercio ostendit statū peccati detestabilē ꝓpt erubescē/tiam ⁊ ruborē. cū dicit. ꝓpter quod nūc erubescitis. Nec mīr. si boni statū pcti recogitando erubescūt. Moris ē enim hoibus vt qñ aliquod abominabile vi dente aliquo fecerūt quotiēscūq; tpm viderint erubescunt. ⁊ ꝓpter rubozem faciem dimittūt. multo plus boni quā/do recogitant se cozā deo ⁊ angelis et sanctis eius aliquod turpe perpetrasse qđ cū vno garcione nō fecissent. multū erubescūt ⁊ ruboze pfusi faciē dimittūt Sic publicanus ꝓpt peccati erubescen tiam ad celum oculos leuare nō aude/bat. Hocipsum maria magdalena egit qñ ad medicū veniens nō ante retro se cus pedes accessit. quasi dī. illud Esdre ix. Dñe deus ꝟfundoꝛ ⁊ erubesco faciē meam leuare ad te ꝓpte multitudinez iniquitatū mearum. O q̄felices sunt qui peccata sua recolentes erubescūt ⁊ dicūt illud. Confusio faciei cooperuit me. Sed ve illi cui dicit illud Hiere. iij Frons mulieris meretricis facta est ti/bi. noluisti erubescere. Exemplū ca. j. ¶ Quarto ostendit statū peccati ō testabilē ꝓpter mortis incursionē. cuz dicit. Nam finis illoꝝ mors est. ⁊ vtiq; triplex mors. scz corpalis. spūalis. ⁊ ge hennalis. De prima Ro. v. In vnius delicto mors regnauit. qz si adā nō pec casset mortuus nō fuisset. O qđ hoies alij ꝓ peccatū mortē tpalem incurrerūt Sicut ꝓpter auaritiā achan quem filij isrl lapidauerūt. ⁊ vsq; hodie. Adapta ¶ Item ꝓpter luxuriā. sicut her ⁊ onan dñs occidit Gen. xxxviij. Et zamri quē finees in lupanari transfodit ⁊ de mul/tis alijs vsq; hodie. Itē ꝓpter superbiā sicut blasphematoris sennacherib totū exercitū incinerauit. eo q̄ supbe locuꝰ fuerat ꝟtra dñm. ⁊ de multis alijs vsq; hodie q̄ ꝓpter supbiam occidūt. Quia iuxta ps. viri sanguinū ⁊ dolosi nō di/midiabūt dies suos. ipsi ꝟo tertiā ⁊ di/es plenā inuenient in eis. Sicut pz in ezechia. iiij. Reg. xx. qui post culpā ꝓpt quā mori merebat. xv. annis superuixit.

Incurrūt etiā mortē spūalem ꝓpter pcm̄. qz homo p malicia occidit aiam suā Sap. j. De qua morte. j. Thi. j. Vi/dua que in delicijs est viuens mortua est scz in spū. Est etiam finis peccati mors gehennalis. De qua ps. Mors peccatorum pessima. Mala quidem corpalis. peior spūalis. sed pessima ge/hennalis. De qua Matth. vij. Lata est via que ducit ad mortem. Quia iz pec catores ibi viuāt tñ ꝓpter acerbitatem ⁊ intolerantiam pene mors dicit. O q̄ dulcis esset ibi mors que hic est amara optant enim mori ⁊ mors fugit ab eis Etiā si homo deberet in lecto aureo ⁊ suauī in eternū iacere libentius mortez eligeret q̄ sic esset. q̄to magis in infer/no vbi in feruenti igne in gelido frigo re. in tenebris palpalibus. ⁊ in infinitis alijs. ⁊ hec oīa sine fine. A quib; liberet nos dñs. Amen. Explū. c. j. ¶

De euangelio.

Sermo. CXXXII.

Misereor sup turbam qz iam triduo sustinēt me Mar. viij. ¶ In hoc ꝟbo cōpen dio duo notant. Dei sup turbā miseri/cordia. cū dic. Misereor sup turbā. Et misericordie causa. cū subdit. qz iam tri duo sustinēt me. ¶ Et q̄tum ad primū nō est mirū si misereꝝ sup turbā. qz mi/serationes eius sup oīa opa eiꝰ. Sap. Misereris oīm dñe. Nam ex miseri/cordia creat. ps. Qui creauit te in mise ricordia ⁊ miserationibus. Itē ex mise ricordia creata gubernat. Tren. iij. Mi sericordie dñi qz nō sumus consumpti. Quia sicut dicit greg. Nisi manu gu/bernantis tenerentur omnia redirent in suum principium. s. in nihilum. Itez ex misericordia necessaria tam corpo/ralia q̄ spūalia administrat. ps. Mi/sericors ⁊ miserator dñs escā dedit time/ntibus se. Itē ex misericordia aduersan

tes sibi tolerat. Esa. Propterea expectat vos deus vt misereat vestri. Itē ex misericordia quersos benigne receptat Luc. xv. Cū adhuc longe esset vidit eū & misericordia motus cecidit sup collū eius. Itē ex misericordia offensas ꝑtū cūq; magnas relaxat. Luc. xvj. Misertus dñs dimisit eū & debitū dimisit illi Itē ex misericordia citra ꝺdignū iudicat. Jac. ij. Misericordia superexaltat iudiciū. Itē ex misericordia supra meritū remunerat. ps. Ego aūt in multitudie misericordie tue introibo in domū tuā Ps. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Ipse ergo miserator & misericors dñs dicit. Misereor sup turbam. ℣ Scdo misericordie sue subdit cām. cum dicit. Jam triduo sustinent me. Licet em̄ sint miserationes ei? supomia opa eius. speciali tñ respectu misereꝫ taliū ne deficiant in via pegrinationis tendentes ad patriā qui ꝑ triduū ipm̄ sustinent & expectant. Juxta illud ps. Expectās expectaui dñm. Et sequit. Et intendit mihi. Et ꝑ hāc turbam pñt intelligi oēs de peccatis suis penitentes. Qui dicūt turba. qz turbātur turbatione cōpunctionis dicentes illud cū ps. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum sana me dñe qm̄ cōturbata sunt ossa mea. & aīa mea turbata est valde. Sup tali turba dñs misereꝫ. qz in triduo pnie ipm̄ sustinent. Triduū aūt pnie est dolor cōtritionis in corde. pudor ꝓfessionis in ore. & labor satisfactiōis in ope. vt scz ꝑ hec purgent̄ pctā s. cogitatiōis locutionis & operatiōis. Vel tres mortui quos dñs suscitauit. s. puellam in domo Matth̄. ix. Juuenem in porta. Luc. vij. Lazarū in sepulcro. Jo. xj. Puella que in domo cōsensum mortalis peccati designat. Per iuuenē in porta qñ peccatū ad portā oris ꝑ locutionē deferē. Per lazarum in sepulcro peccatū operis in ꝓsuetudine designatur Sed pensandū ꝙ puella paucis vbis suscitaꝫ. Juuenis cū plurimis & loculi tactu. Lazarus vo cū fremitu & clamore. & cū multoꝝ lachrymis suscitaꝫ. qz talis cum maiori difficultate resurgit.

Hoc est triduū quo itur in solitudine ad sacrificandū dño. Exo. viij. Vel sunt tres dies post quos penitentes restituunt in gradū pristinū. Gen. xl. Vel sūt tres dies post quos iesus inuenit in templo celesti. ℣ Primus ergo dies dicit ꝓtritio. qz ibi cor ꝓpter peccatum confringit & cōterit sicut vas figuli cō tritione qualida. Esa. xxx. ita ꝙ nō pōt ad pristinum instaurari. Et hoc fit qñ peccator vehementer dolet de oñibus peccatis suis. & de circūstantijs. Sicut granū inter duas molas ex toto teritur ita ꝙ furfur a farina penitus sepatur. Et sicut in torcularibus vinū ab acinis eliquaꝫ. ita cor ꝓtritum & hūliatū deus nō despiciet. Dicit & cōpunctio. quia sicut caro mortua nec vulnus nec pūcturam sentit. sic peccator ꝑdñante delectatione nō sentit vulnus & plagam suam sed tunc virtute gratie peccator ꝙerrit in erumna sua. i. sentit miseriā & plagam suam qñ cōfringit̄ spīa. id est dolore ꝓscientie sue. Pro quo dicit ps. In cubilibus vestris cōpungimini. Ad hoc em̄ vlcus acu pungit̄ vt virus & sanies effundeꝫ. Et sicut equus vel bos in luto mersus stimulis & calcaribus de luto exire cogitur. sic ꝑ cōpunctionē dyabolus de corde peccatoris exire cogit̄ vbi volebat ꝙescere. Exemplū ō maria magdalena que septē habuit demōia. ꝓpter cōpunctionem quasi stimulatus egressus est dyabolus ante pedes iesu vbi ꝓstrata iacebat. vbi etiam dimissa sunt ei peccata multa. & dictū est ei. vade in pace. Utilitas aūt ꝓtritionis vl ꝓpunctiōis magna & multiplex̄. Nā penam eternā & purgatoriam cōmutat in temporalē. Quod ꝓmagnū est recqre in sermone. Redde qđ debes. Secūdo eneruat dyabolū. ps. Cōtere brachiū peccatoris & maligni. Hoc fecit maria magdalena septem habens demonia iacens ad pedes iesu. Vitēplus in vitis patrum. vbi legit̄ ꝙ quidā san

ctus pater cum vidisset multos hoies ecclesiam intrantes inter quos vnum dyabolus comitabat. sed postq̃ ipse le gi audiuit in eccliā. Lauamini mundi estote auferte malū. multū cōtritus de suo peccato fuit quasi in alium hoiem mutatus. dyabolū tristem t longe ab eo stante sanctus pater vidit. De hoc exemplo vel simili habet in pmptuario ca. vj. B. Ite ptritio deū hoi recōciliat. Ezech. xviij. Quacūq̃ hora pec cator ingemuerit oīm pctōr suor non recordabor. Quarto contritio aiam regno celor approximat. ita q̃ q̃si manu capi possit. Pro quo dicit dñs Matthe. iiij. Penitētiā agite approp̃inquabit enī regnū celor. Exēplū de latrone cui in contritione statim dictū fuit. Hodie mecū eris in paradiso. Propter qđ dñs in euāgelio dicit. Regnū celor intra vos est. Et Beñ. dicit. Non oportet te o hō maria tranfretare. nō penetrare nubes. intra temetipm occurre deo tuo Hz cū adeo vtilis sit ptritio o de? q̃tū esset desideranda. q̃tum essz laborandū p ea. Hz posset quis dicere. quō eā habebimus. Certe charissimi nulla hoīs opatione q̃ sola misercōtis dei visitatione. t hoīs coopatione habet. coopatores enī dei sumus in ipsa. Nec mirum si rorz diuine virtutis est effectus. Est enī cor peccatoris q̃si abyssus tenebrosum Beñ. j. Tenebre erant sup faciem abyssi. Et apls ad Eph. v. Eratis aliq̃ tenebre. Est quasi lapis induratus Job. xlj. Indurabit cor eius quasi lapis. Est quasi gelicidiū infrigidatum. Hiere. vj. Sicut cysterna frigidā facit aquā suā. sic t malicia frigidam facit aiam suā. Oportet ergo vt primū ille qui illuminat oēm hoiem cor illūinet Ille q̃ aufert cor lapideū t dat cor carneū. cor pctōris emoliat. Ille qui ignis consumens est. Deut. iiij. cor calefaciat

Ad hoc añt nos debemus esse cooperatores. q̃tum ad primū scz vt cor cecū illummet hostiū libert arbitrij t oīes fenestras. s. ocs sensus vt lux intret aperire debemus. scz videndo exempla bonor t intus recipiendo. q̃ sunt lux mūdi. Math. v. Vos estis lux mundi. Et audiendo facta sanctor t p̃cipue xp̃i opa. Unde Math. xiij. Cū audisset iohānes in vinculis opa xp̃i. Et post segtur. Ceci vidēt. surdi audiūt. Quantū ad gustū ieiunando. t sic de alijs. Ité q̃tū ad secundū. s. cor induratū vt emolliat debemus coopari malleo verbi dei exponendo vt conterat. Sicut dicitur Hiere. xxiij. Nonne verba mea sunt q̃si malleus conterans petras. Expone ergo illud pcutientibus hoc malleo. id est obiurgationibus t increpationib? vt excipias ictus doctrine t pdicatiōis vel certe diuine flagellatiōis. que quia pharao nō recepit induratū cor ipsius remansit. Exemplū capko. viij. L. O.

sortis ꝯtum ad ptātez. Itē tenebras peccatoꝝ nostroꝝ sanguine suo absterſit. In signū cuius lōginus q̄ cecus fuisse creditᷣ. sicut legitᷣ in hystoꝛijs. postq̄ latus christi aperuit virtute sangis christi illuminatus fuit. Talib⁹ sez q̄ prius fuerunt peccatoꝛes ⁊ post iustificati loquitᷣ apls Ephe. v. Fuistis aliq̄n tenebrę nūc aūt lux in dño. Itē p passiones de tenebris inferni patres eripuit. Esa. xlix. Dedi te in fedus ppli. Et p⁹ sequitᷣ. Ut diceres his q̄ vincti sunt. exite. ⁊ his q̄ in tenebris reuelamini. Et zach. ix. Tu autē in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. ¶ Scōm vo bñficium est q̄ nos sic redēptos sanctoꝝ nūero aggregauit. Aut inquit dignos nos fecit in ptem sortis sctoꝝ. Fecit autē nos dignos sorti sctoꝝ triplr. vez nos ad sortē sanctoꝝ vocādo. nos in sorte sanctoꝝ iustificādo. et nos cū sorte sanctorū magnificādo. Juxta illud apli. Roma. viij. Quos aūt vocauit hos ⁊ iustificauit. quos aūt iustificauit illos ⁊ magnificauit. Primo eīm vt sanctis aggregemur ad sortē ipoꝝ vocamur. Vñ Ephe. j. In quo ⁊ nos sorte vocati sumus. Hic Actᷣ. j. Cecidit sors sup matthiā ⁊ annumeratus est cū. xj. Itez sic vocati i sortē sanctoꝝ iustificamur Gap. iij. Dabitᷣ illi fidei donū electū ⁊ sors in tēplo dei acceptissima. Per fidē eīm iustificamur Ro. v. Justificati ex fide pacē habeamus Itē sic iustificati tādē cū sorte sanctoꝝ magnificabimur. Vñ sap. v. Et inter sctos sors illoꝝ ē. Vere tuc. s. in iudicio cozā toto mūdo multū magnificamur qñ cū sanctis collocabimur a dextris Mat. xxv Statues oues a dextris. Vñ cozaz toto mūdo cū sanctis de seruitijs ꝑmēdabimur. Math. xxv. Esurui ⁊ dedistis mihi māducare. Itē qñ in reges ppetuos cū sanctis cozonabimur. Dicet eīm Venite bñdicti pris mei pcipite regnū ¶ De cui⁹ regni collatione statim subinfert apls cū dicit Et transtulit in regnū filij dilectōis sue. De quo bñficio tanto maiores sibi gratias referre debemus. ꝯto regnū oib⁹ alijs regnis est excellētius Ps. Regnū tuū regnum oim seculoꝝ. Nō eīm aliud erit regnū ad qō nos trāsferet misterio angelorū ꝯ regnū filij dilectiōis sue. q̄ idē est in essentia cū ipso. De quo regno si placz loqui requirem in sermone Primū q̄rite regnū dei. Cui⁹ regni felicitatē cōsiderans beatus Aug. in libro. soł. excelmat dicēs. O ꝯ glorioſū ē regnum in quo tecū dñe regnāt oēs sancti. amicti lumie sic vestimēto. in capite suo habētes cozonā de lapide p̄cioso. O regnū btitudinis eterne vbi tu dñe spes sctoꝝ facie ad faciem videris a sanctis. letificans cos vndiq̄ in pace tua. vbi gaudium infinitū. leticia sine tristicia. salꝰ sine dolore. lux sine tenebris. vita sine morte. oē bonū sine oi malo. vbi nunc tus nunq̄ senescit. vbi decoꝛ nunq̄ palescit. vbi amoꝛ nunq̄ tepescit vbi sanctas nunq̄ marcescit. vbi gaudiū nunq̄ decrescit. vbi doloꝛ nunq̄ sentiᷣ. vbi gemitus nunq̄ audiᷣ. vbi tristis nullꝰ videᷣ. vbi leticia sp habeᷣ. qō ē facie dñi vtutum semp videre. Nō nobis p̄stare dignet deus. Exemplū ca. x. B.

¶ De euangelio.

Sermo. CLXXIIII.

Ecce mulier q̄ sanguinis fluxuz patiebaᷣ. accessit retro ⁊ tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat eīm intra sēt̄. Mat. ix. ¶ Hec mulier q̄ sanguinis fluxū patiebaᷣ. ōsignat animā fluxu sanguinis p luxuriā viciatā. Vñ ꝯuz ad hoc duo principaliter in ꝑmissis verbis tanguᷣ. vicz infirmitatis morbus. cū dicit. Et ecce mulier q̄ sanguinis fluxū patiebaᷣ. Et curatōis modus. cum addit. Accessit retro et tetigit fimbriā vestimenti eius. In hoc aūt ꝯ hec mulier ab infirmitate mez bi a medicis curari nō potuit nisi p solū saluatorē. innuit ꝯ petiū luxurie nō

potest restringi nisi p solū deus. Sap. vij. Aliter non possum esse continens nisi deus det. Et Augustinus. Continentiā iubes da qđ iubes. ¶ Quatuor aūt circa primū innuunt que hominē luxuriosum impediūt ne infirmitatis sue morbus ei aufz ab ipso deo curet. Primū est peccati cuidentia. ꝛ hoc innuit cū dicit Et ecce mulier. quia qñ alioꝝ cōsiderat peccata sua ad noticiam Unde cayn q occulte fratrem suū occidérat. post qđ dñs imperādo sibi dixit. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. desperauit dicēs. Beñ. vij. Maior est iniquitas mea qđ vt veniā merear. Et Hiere. ij. Dixisti de spauit. Et subdit causa. Quō confundit fur qñ cōprehendit. sic confuse sunt domꝰ Israel. Secundus est peccati turpitudo. q notat cū dr. Sanguinis fluxum. q est valde turpis et feda infirmitas. Et certe sic est luxuria. propter turpitudinē eiꝰ illius peccati maxime erubescunt homines confiteri. Unde desperati vij. Desperātes semetipsos tradiderūt impudicicie. ideo desperauerūt. Tertius est peccatoꝝ multitudo que innuit in fluxu. Non eiꝰ patiebat sanguinis stillicidiū sed fluxū. Sed certe multitudo peccatoꝝ vt frequēter facit hominem desperare. Prouer. xviij. Impius cū in pfundū peccatorum venerit cōtemnit.

Quartus est diuturnitas in peccato que notat cum dicit. q patiebat. xij. annis. Frequēter eiꝰ homines q pseuerāt in peccato circa mortē ostituti desperant Un. i. Job. v. Est peccatū ad mortem id est vsq ad mortē. nō dico vt roget p eo quis. Et certe saluator noster tā q pius medicus vt tollat ab infirmo ei rationis desperationē oia p dicta genera infirmitatū curauit. Si q desperas pter peccati euidentiā cōsidera petrum q publice ꝛ frequēter negauit. Cōsidera matthеū q etiā pter h dicit publicanus. qui publicis actibus ꝛ illicitis deseruiebat. ꝛ tñ vtrūq salubriter et laudabiliter sanauit. ita q ꝛ ipsi postq ab ipo edocti multos sanauerūt. Itē si desperas pter peccati turpitudinē. cōsidera mulierē in adulterio deph̄ensaz et tñ dictū est ei a dño Job. viij. Vade iam amplius noli peccare. Itē si desperas pter peccatoꝝ multitudinem cōsidera magdalenā. cui ab ipso dimissa sunt peccata multa. Lu. vij. Itē si desperas pter peccati diuturnitatē cōsidera latronē q vsq ad singultū mortis sue in peccato pseuerauit. ꝛ tñ dictū est ei a dño. Hodie mecuz eris in paradiso. ¶ Sed curatōnis modus subdit. cū dicit. Accessit retro ꝛ tetigit fimbriā vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Talis ergo infirmus q ab alijs mediciis curari nō pōt. si vult curari a domino. dicat intra se p cordis dolorē. accedat retro p confessionis pudorē. tāgat fimbriā p operis satisfactionē. et sanabitur mulier. i. anima peccatrix ex illa hora. Si enim petōr ad dñm p cordis cōtritionē. oris cōfessionē. ꝛ operis satisfactionē accesserit. ex illa hora sanabit.

Intra se ergo de peccatis cogitādo. eadem detestādo. ꝛ de ipsis dolēdo. dicat illud qđ dixit ezechias. Esaie. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anīe mee. Et ex illa hora sanabit. Ezech. xviij. dr. Quacunq hora petōr ingemuerit oīm peccatoꝝ deus nō recordabit. Itē accedat retro p confessionis pudorē. ps. Cōuertant retrorsum ꝛ erubescant. Magnā enim erubescentiā sustinet hō turpitudinem suoꝝ petōꝝ alteri reuelādo. Et ideo sicut dicit Augꝰ. Illa erubescētia ē magna ps satisfactiōis. ꝛ forte multis totalis ps. Cōfitebor ꝛ tu remisisti. Sic maria magdalena ex verecūdia suoꝝ peccatoꝝ stans retro ad pedes sūmi sacerdotis. corde confitebat. sciens q oia sibi nuda erāt ꝛ apta. Un non erat opus sibi lingua cōfiteri. ipse enim sciebat quid esset in hoīe. Et certe clemēs sacerdos ibidē eā de oibus absoluit dicēs. Re

mittunt et peccata multa. Itez tangat fimbriā vestimēti christi p opis satisfactionē. Vestimenta eñ christi sunt virtutes z opa ipsius. Pro quo ꝓsulit apls Ephe.iij. Induite nouū hoiem q̄ sm deū creatus est.i.christū. Et qualiter induere debeamus subdit,s.in iustitia et sanctitate z sanctificatōe. Hec eñ sūt christi vestimēta. Vñ Job.xxix. Justitia indutus sum z vestiui me sic̄ vestimento z diademate iudicio meo. De his vestimētis ostēdit dauid eccle siam ornatā cū dicit. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate scz virtutuz. Satisfacimus q̄ cū vestimēta christi.i.bona opa tangimus imitando. Et q̄ christus in oībus opibus suis sequi nō possumus q̄d eñ hō vt possit seq̄ factorē.iō sufficiē nobis vt saltē fimbriā vestimēti ei? tangamus in aliquibus z in q̄bus possumus ipm imitando.q̄ et sic ex illa hora a fluxu carnalis peti liberabimur. Marc.vj. Depcabant cū vt saltē fimbriā vestimēti eius tangerent. et quot quot tangebant sanabant a q̄cūq̄ detinebant infirmitate.

Dñica vicesimaquinta de epla. Sermo.CLXXV.

Suscitabo dauid germē iustū z regnabit rex z sapiens erit z faciet iudiciū z iustitia in terra. Hiere.xxiij. In his verbis,pphete in quibus p̄dicit aduentus christi ostēdit ipse saluator dupliciter cōmendabilis.viz respectu sui z respectu alioz. Respectu sui ostēdit ꝓmēdabilis.z h̄ q̄tum ad ꝓceptionē cū dicit. Suscitabo dauid germē iustuz vsq̄.z sapi.erit. Sed respectu alioz oñdit cōmēdabilis q̄tum ad ꝓuersationē. cum subdit.z faci.iudi.z iusti.in tra. Cōmendat aūt eū ꝑpheta q̄tuz ad cōceptionē in tribus.in quib? singularis fuit. In iustitia.cū dicit. Suscitabo dauid ger.iustū. Solus eñ iust? fuit in germine.i.ꝓceptione.q̄ solus ꝓceptus fuit sine pcō. Vñ Luc.j.dixit angelus marie. Qđ eñ ex te nasc̄e.san.vo.fi.dī. Alij aūt hoies ꝓcepti sūt z ꝓcipiunt in iusti z in pcō. Juxta illud. Eñ in iniq̄ta.ꝓcep.sum z in pec.cōce.me mater mea. Propt̄ hoc nullus ꝓceptio celebrat nisi solius christi. Itē ꝓmēdat eū in potētia.cum dicit. Et regna.rex. Ipse eñ in instāti ꝓceptōis sue fuit rex ille,inq̄ rex de quo Apo.xix. Rex regū.dominoz.do. Et in eōdē instanti ꝓceptionis sue regnauit.regēdo tā celestia q̄ infera eq̄liter potens tunc quēadmodū et modo. Itē ꝓmēdat eū a sapia. cū dicit. Et sapiens erit. In ipso eñ in instāti ꝓceptōis sue fuerunt oēs thesauri sapie z scie abscōditi. Sicut dī Col.ij. Et q̄ nullus vnq̄ hō ab instāti ꝓceptionis sue illa tria habuit sed solus christus.iō merito ostēdit ꝓmēdabilis q̄tum ad cōceptionē. Secō ostēdit respectu alioz cōmēdabilis q̄tum ad ꝓuersationē.cū subdit. Et faciet iudiciū z iustitiā in terra. Ad hoc eñ venit christus in mundū vt in terra ꝓuersando credētes iustificaret z incredulos cōdemnaret.z h̄ est facere iudiciū z iustitiā. Judicium facit increduloz reprobādo z cōdemnādo. Juxta q̄d dī Jo.iij. Qui nō credit iā iudicatus est. q̄ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. O q̄ntuz hoc iudiciū deberēt hoies timescere. Vñ Jo.xvj. dic dñs.q̄ spūs sanctus arguet mundū.i.mūdanos de iudicio.q̄.s.ꝓtēpserūt.q̄ vtiq̄ nō facerent si attēderēt q̄ princeps hui? mūdi tā iudicat? ē. ex quo eñ angelo tā pulcro ꝓpter vnū pcm̄ non pepcit.sed sicut eternaliter ꝺdēnauit.multū deberēt ei mere iudiciū q̄ plurib? sūt irretiti. Vñ ij.Pe.ij. Si eñ de? peccātib? angelis nō pepcit sed rudētibus infernū detractos in tartara tradidit cruciandos. Itē faciet iustitiā credētes iustificādo z saluādo. Justificati eñ sum? q̄ gr̄a ipsi? Sic dic apls Ro.v. Vñ ipe Joh.iij.dicit. Sic deus dilexit mūdū vt filiū

suū vnigenitū daret vt oīs q̄ credit in ip̄m nō pcat sed habeat vitā eternam. Pertimescamus g̃ fratres iudiciuz ne malū faciēdo dānemur. Aduertamus iustitiā in eū fide q̄ p dilectionez opat credendo. vt nō peamus sed habeam? vitā eternā. Ad quam nos pduc. tē.

De euangelio.

Sermo. CLXXVI.

Cū autē homines: cū vidissent qđ fecerat hic ihesus signū dicebāt q̄ hic est vere pphēta q̄ venturus ē in mundū. Joh̄a. vj. ℣ Ex his vbis ostendit euāgelista ꝙ ist hoīes tria de saluatoꝛe nostro recogno scūt. videlicz ptātez. sanctitatē. z pietatē. Nā ammi rant ptātez in signi opatiōe. Pro quo dicit euāgelista. Illi aūt hoīes cum vi dissent qđ fecerat signū. Itē venerant sanctitatē ex vite singularitate. p quo dicūt. Hic est quasi nō alter vere pphe ta. Itē ptestant pietatē ex ipsi? in mū dum visitatiōe. cū dicūt. Qui vēturus est in mundū. ℣ Ad admirationez aūt ptātis in signi opatione tria ocur rūt. vtez materia. modus. z numerus. Materia em̄ quā multiplicauit non fuit lapidū vel pciosoꝝ panoꝝ. q̄ b̄ fu isset ad vanitatē. Itē non fuit metallo rū sicut auri vel argenti. et hoc forte li benter vidissent. quia hoc fuisset ad cu piditatē. Sed materia erat panuz. qđ fuit ad vtilitatē z necessitatez. In hoc instruens ꝙ tm̄ necessaria nature a no bis sunt quercēda Ñ. j. Thi. vj. Habē tes alimēta z quibus tegamur his cō tenti simus. Nā ipse saluatoꝛ his tm̄ cōtētus fuit. Nec miz. Tpalia em̄ pos sidentē lacerant. Ñ Mat. xij. spinis ꝙnt. Itē fraternitatē sepant Gen. xij Abzaā z loth non q̄bant ꝓpter tpalia simul habitare. z sepati sūt ab inuicē. Itē vicia nutriūt. Ñ ecc. xlix. Oēs reges israel q̄ multi fuerūt ꝑter tres peccaue rūt. Itē ab imitatiōe christi impediunt Exemplū de adolescēte q̄ mltas habe bat possessiones z ideo recusauit xp̄m seq̄. Mat. xix. Aliud exemplū in ꝗ m ptuario. ca. vij. ff. Itē ad penas cū ꝗ deducūt. Lu. xvj. Mortu? est diues et sepultus est in inferno. Mod? etiaz fuit ad ammirationē qz nō creauit no uos panes. sed creatos multiplicauit Nec b̄ saluatoꝛ noster fecit sine cā Sz vt hereticos cōfutaret. q̄ dicunt oīa vt sibilia creata esse a diabolo. Non em̄ christus opa diabolī multiplicasset sed potius destruxisset. Ñ. j. Jo. iij. In b̄ apparuit filius dei vt dissoluat opa di aboli Itē numer? fuit maxīe ad ami rationē ptātis in signi opatōe. Po nit em̄ triplex quantitas numeralis in hoc euāgelio in q̄ relucet miraculum. Primo ponit discūbentū ingens nu merositas. qz. v. milia hominū. Scōo minuit appositoꝝ cibozꝝ paucitas. quia q̄ꝭ panes ozdeacei. z duo pisces. Ter cio reliquiaꝝ q̄ supauerant copiositas qz sustulerūt. xij. cophinas plenos fra gmentoꝝ. ℣ Scōm est ꝙ vene rātur sanctitatez ex vite singularitate. cū dicūt. Quia hic est vere pp̄ha. Ille in q̄ pp̄ha de quo dictū est Deut. xviij Prophetā vobis suscitabit de? de fra trib? vestris. Huius veritas claruit in trib?. s. in factis. in doctrinis. z in iudi cijs. Et em̄ vera fecit. Jo. xv. Si opa nō fecissem q̄ nemo ali? fecit. et si mihi ñ creditis opib? credite. Opa ci q̄ ego facio testimoniū phibēt ō me. Jo. x.

Itē ꝙ docuit Jo. viij. Si vitatē dico ꝝ nō creditis mihi. Pustian? z dona t? dixerūt de cōstructōe. Arestoteles ō argumentatione. Hypocras et Galie nus de coꝛpoꝛum complexione. qui li cet opinando dixerint tamen creditur eis. Solus christus dixit de salute ani me non scōm opinionem sed scēm ve ritatē. et nō credim? ei. Item in iudi cijs vera decreuit. quia bona bonis. z mala malis cum dicit Matthēus. xxv Ibunt hi in supplicium eternum. iu sti autem in vitam eternam. De his tribus dicitur christo Matthei. xxij.

Magister scimus quia verax es. Ecce primū. Et viaz dei in veritate doces Ecce secundum. Et non est tibi cura de aliquo. Ecce tercium. O vtinā p̄dicta tria haberēt oēs ꝓphete ⁊ doctores. Per hec enim si habēt apparet q̄ vere sūt ꝓphete. Sicut de christo dictū est Hic est vere ꝓpheta. Tercio prestant pietatē exp̄sius in mūduz visitatione cū dicūt. Qui venturus est in munduz. Hoc eñ q̄m in mundū veniēs visitauit nos oriens ex alto. fecit p viscera misericordie sue ⁊ pietatis. no eñ ex opibus iusticie q̄ fecimus nos. sed ſm suam misericordiaz saluos nos fecit. Quare aūt venerit in mundum. si vis inde loqui require in prima dñica aduentus in sermone Ecce rex tu' venit tibi. Et alij plures in media q̄dragesima. Exemplum in promptuario capitulo. x. ff.

Explicium sermones

de tempore super epistolas et euangelia fratris Marcini ordinis p̄dicatoꝝ penitentiarij domini pape.

Incipiūt sermones de sactis fratris Martini ordinis ꝓdicatorū Penitentiarij dñi pape.

De sancto Andrea apl'o. Sermo. CLXXVII.

O Reconfessio fit ad salutem. Roy.x. A Scōm triplicē hoim statū triplex inuenit ordo ꝓfessio ad salutē. vicz ſm statū incipientiū ꝓficientiū t ꝓfectoꝝ. Nam incipientium ordo ꝓfessio ad salutē est in peccatoꝝ reuelatione. de qua Jac.v. Confitemini alterutrum peccata vestra vt saluemini Proficientiū aūt est ordo ꝓfessio in grā actione. De q̄ Eccle.lj. Confitebor tibi dñe rex t collaudabo te deū saluatorem meū. Sed ꝓfectoꝝ est ordo confessio in fidei assertione. De qua hic. Ore cōfessio fit ad salutem. Et in Matth'.x. Qui me ꝓfitebit coram hoibus. B In ꝓfessione aūt incipientiū tangit beatus Jacobus quatuor substātialia quorū si vnū deest nō ꝓficit ad salutez. Cū dicit. Cōfitemini alterutrū peccata vra vt saluemini. Debet cm̄ cōfessio esse festina. integra. debita. t ꝓpria. Festinā innuit. qz nō dicit in futuro ꝓfitebimi. ſ in ꝓnti cōfitemini. Non em̄ tantū bonū in quo salus ꝓsistit est differendū ꝓpter plura. Primo ꝓpter incertitudinē mortis. Lu.xij. Veniet dñs serui illius in die qua non sperat t diuidet eum Unde diuitī ꝓmittenti sibi vitā in annos plurimos dictum est. Stulte hac nocte repe. anmia. tu. a te. Secundo festina debet esse cōfessio. qz morans in peccato semp accumulat pctm̄ peccato. Apoc.xij. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Una ſm Greg. pctm̄ qō ꝓ penitentiā nō diluit mox suo pondere ad aliud trahit pctm̄. Tercio debz esse festina. qz morans ni peccato diutius. tanto longius elongatur a deo. t tanto est difficilioꝝ regressio. qz dyabolus difficulter dimittit quē diu possedit. Sicut patet in illo Marc.ix. quē possederat ab infantia. quia stridens t discerpens reliquit eum. Exemplū in ꝓmptuario cap.xij.z. Quarto debet esse festina. quia in egritudine vix pōt aliquis bene ꝓfiteri. nec etiam de penitentia cogitare. Unde Piero. Cū egritudine oppressus vix potes cogitare aliō q̄ sentis. t illuc rapitur intentio mentis vbi est vis doloris. Aug. Plurima tunc cōcurrunt impedimenta. Nam mors vrget. pena tenet. filij quos dilexit t vxor t mūdus ad se vocant. Uiuus ergo t sanus ꝓfiteberis. Et hoc innuit Jacobus cū in ꝓsenti dicit. Cōfitemini. Exemplū in ꝓmptuario cap.j.ff. Item ostēdit q̄ ꝓfessio debet esse integra non dimidiata t hoc ꝑ hāc ꝓpositionē. cōque tantū facit q̄tū simul. q. d. Simul fatemini. Nihil sez sepando. Unde ps. Deus vitā meā nūciaui tibi. nō vnum petm̄ ſ totā vitā. Deus cm̄ opus imperfectiōis nō hz. Dei em̄ ꝓfecta sunt opa Un̄ aut totū aut nullus dimittit pctm̄. Un̄ ysus. Sūma dei pietas veniā non dimidiabit. Aut nihil aut totū ꝓpiciando dabit. Tercio debet cōfessio esse debita. t hoc innuit cum dicit. Confitemini peccata nō virtutes. Sunt em̄ plerīq; q̄ non peccata ſ potius virtutes si q̄ sunt referūt. Tales nō se mundant in cōfessione. ſ potius maculant cum illo pharisēo q̄ in Luc̄ dixit. Jeiuno bis in sabbato. decī. do. Non sum sicut ceteri ho. rapaces. iniu. adul. Et ideo magis contaminatus de tēplo abscessit. Quarto ostendit q̄ cōfessio debet esse ꝓpria. cū dicit. Peccata vestra non aliena. qō multi facūt. Cōtra quos dicit ps. Deus vt. me. nō alterius nūciaui tibi. Aliter em̄ nō es alieni crimmis correctoꝝ ſ pditoꝝ. Fallit ſ vbi circūstantia talis est q̄ aliter pctm̄ nō posset cōfiteri. vt si peccasset cū sorore. vel alqō ysde. C In ꝓfessione etiā ꝓficientiū tria bñfi

cia tanguntur de quibus deo gratias debent agere. Cū dr in Ecclesiastico. Confitebor tibi domine rex. Confitetur enim tibi t laudat deum. quia liberauit. quia ꝓtexit. t quia adiuuit. Liberauit quidem a reatu peccatoꝝ. ꝓtexit in conflictu temptationū. t adiuuit in ꝓfectu virtutum. Enumerant autez in predicta epistola septem p que septem mortalia peccata designantur. de quibus ꝓficiens debet gratias agere ꝙ eū deus ab his liberauit. Pro quo dicit. Liberasti coz meū a perditione. id ē a luxuria p quam totus homo perdit. Psal. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Secundo dicit. A rugientibus ꝓparatis ad escam. p quos motus inordinatos gule intellige qui insatiabiles sunt in guloso. Item dicit. De manibus querentiū ani. me. id est. de motibus inuidie. Inuidia cū ꝓpriam animā dampnificat t cruciat plusꝙ altertus. Unde illud. Inuidia siculi nō inuenere tyranni maius tormentum.

Item dicit. De tribulationibus que circūdederūt me. id est. a peccato tristicie t accidie que semp in tribulatiōe existens ꝓpter tedium generat pusillanimitatē t desperationem. Prouer. xxv. Sicut tinea vestimēto t vermis ligno. sic tristicia nocet cordi. Exemplū in ꝓmptuario capto. ij. S. Item a pressura flāme que circum. me. t in medio ignis nō sum estuatus. id est auaricie que cor incendit. Hic est ignis qui nunq̄ dicit sufficit. Prouer. xxx. Quia auarus nunq̄ implebitur pecunia. Eccl. v. Item de altitudie ventris inferi. id est de peccato ire que dicitur venter inferi. Sicut cū venter inferi in se cruciat quos habet t de his vindictā exerceat. sic coz tracundi dē cruciatu t vindicta alteri' semper cogitat. Septimo dicit. A rege iniquo. id est superbia. que se extollit inique sup altos. Quia iuxta beatū Augustinū. Superbia etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. Et nō solum quia liberauit eum dominus ab his ꝓficiēs regratiari dz deo sed etiam quia ꝓtegit in pugna temptationum. Psal. Sub vmbra alarū tuarū ꝓtege me. sez sicut gallina pullos suos a facie miluorū. Psal. Scu. circum. te. ve. eius nō ti. a ti. nocēno. Et nō solū quia ꝓtegit. sed etiā qz adiuuat in ꝓfectu virtutum. Unde dominus in Jobe. x. Sine me nihil potestis facere. Ro. viij. Spiritus adiuuat infirmitatē nostraz. Nec cōfessio gratiarū siue laudis multū placet deo. vt sez homo frequenter recolat bñficia dei sibi collata t gratias agat. dicens cū ps. Audite t nar. vobis oēs q̄ timetis deum q̄nta fecit dñs aie mee. Et ꝙd seq̄t. Ad ipm ore meo clamaui t exul. sub lin. mea. ℣. In ꝓfessiōe aūt ꝓfectorū de qua dr hic vt fiat ad salutem requirit. vt fides ꝓtestatiōem nec timor nec verecūdia cohibeat. quin publice asseratur. Quod innuit dñs dicens. Qui me cōfessus fuerit coram hoibus t̄c. In singnū huius eps in confirmatōe signat in fronte vbi est locus euidentie t signū erubescentie. q. d. De cetero nō timeas neq̄ erubescas cōfiteri nomen dñi. Exemplū. c. j. R. Unde t apls tanq̄ perfectus portauit nomen xpi coram regi. t gen. t filijs israel. di. illud Ro. j. Non erubesco euangeliū. Sic t beatus Andreas non erubuit euangeliū portare. corde meditando. ore ꝓdicando. opere circa illud se gustando. Legit enī in legenda sua q̄ christi euangeliū circa se gestabat et virtutes magnas p illud operabat. Unde cū dñs suscitasset quadraginta iuuenes submersos in mari a dyabolo. qui veniebant ad sermonem eius. quidam senex Nicolaus nomine audito sermone eius qui p septuaginta annos fuerat in immundicia luxurie veniebat ad eum hoc cōfitēs. cui dedit euangeliū in sinu suo portandū. vt dum ardore assueto stimularetur ci' me mozia et virtute a peccato reuocaretur. Qui dum inflammaretur libidine iuit ad scortū. Cui clamauit meretrix egredere senex quia super te video mirabi-

lia. Qui aduertens euāgelium in sinu suo confusus rediit ad apostolū dicens q̄ nō poterat plus continere nisi sibi b̄ orationibus impetraret. Tunc andreas diu contra illud peccatū predicans a tercia vsq̄ ad nonam ieiunauit. fleuit t orauit. Et cum nō sentiret se exaudi tum. dixit dño q̄ nō comederet neq̄ biberet. nisi exaudiretur. Et cum ieiunasset per quinq̄ dies t orasset nec exaudiretur dixit. Dñe p̄ mortuis suscitandis tuam obtinuimus misericordiam quare nō p̄ isto qui vult saluari. Tunc vox ait. Non est parum andrea quia nō es exauditus p̄ sene. Sed oportet q̄ ante per sex menses ieiunio t oratione fatigetur. qui cū hoc fecisset t venditis oibus bonis pauperibus erogasset. migrauit ad dñm. Et vox ad andreā. Andrea lucratus es senē. qui peruenit ad salutem. Merito ergo de ipso p̄missa verba leguntur quibus dicitur. Oze cōfessio fit ad salutem. Quia cum biduo penderet in cruce in x̄pi confessione. nō solum sibi sed t alijs quos docebat fit ipsius confessio ad salutem.

De eodem.

Sermo. CLXXVIII.

Venite post me faciam vos fieri piscatores hoim. at illi continuo relictis retiꝫ. se. sunt cū. Matb. iiij. In his verbis ꝓuocamur ad sequendum christuz t hoc dupliciter. scz verbo t exemplo. Verbo magistri inuitantis cū dicit. Venite post me. Exemplo discipuli obedientis. cum subdit. At illi cōtinuo relictis rhetibus secuti sunt eū. Verbo autē magistri tripliciter ꝓuocamur. Primo inuitatione cum dicit. Venite. Secundo inuitationis determinatiōe. cum dicit post me. Tercio inuitationis vtilitate. cū addit. ffaciā vos fieri piscatores hoim. Primo ergo inuitatione prouocamur. cū dicit. Venite. Est aūt duplex x̄pi inuitatio. Una ad gratiam. t hec peccatorum. De qua hic. t in Matb. xj. Venite ad me omnes qui laboratis t onerati estis t ego reficiā vos. Altera ad gloriā. t hec beatoruz. De q̄ i Matb. xxv. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnū. In prima que cē ad gratiā tria implicant. que debēt peccatores trahere ad veniendum. Primo multitudo laboris. cuz dicit. Qui laboratis. quia vere iuxta p̄phetā vt inique agerēt laborauerūt. Secūdo magnitudo oneris. cū dicit t onerati estis. Quia iuxta p̄s. Iniquitates mee sic onꝰ grauate sūt super me. Tercio copia famis. p̄o quo subdit. Et ego reficiam vos. Sunt enī peccatores omni bono spūali famelici. De qua fame. Amos. viij. Mittam in vos famem. nō famē panis. neq̄ sitim aque. sz audiendi verbuz dei. In signū cuius filius prodigꝰ recedens a patre cum portione substātie que ipsū ꝓtingebat postq̄ cōsumpserat omnia dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abun. pa. t ego hic fame pereo. In secunda etiam inuitatione que est bonoꝝ tria implicant trahentia. scz patris benedictio. cum dicit Venite benedicti patris mei. Secūdo regni perceptio. cū dicit. Percipite regnum. Tercio eiusdē regni eterna ꝓtinuatio. cū addit. Quod vobis paratū est ab oꝛi. mūdi. Quis fratres ñ gaudeat de tanti p̄ris benedictiōe. si ysaac hois mortalis benedictio tam desiderabilis fuit vt eaz iacob vt eaz esau vir cū lacrimis obtinuerit. quātomagis desiderabilis debet esse b̄ndictio patris celestis. Si regnū temporale a multis tam desiderabile est. quantomagis regnū illud quod est regnū omniuz seculoꝝ et maxime regnuz quod est ab origine mundi. t cuius regni non erit finis. Sed certe quia ad hanc inuitationem glorie nō pueniē nisi p̄ inuitationē que est ad gr̄az. iō ꝓpus dr. Venite p̄ me. vbi inuitationis determinatioez. Venite iqui

post me. nō ante me. quia hoc est reprehensibile. Job. x. Omīs quotquot ante me venc. fu. sūt t la. Venite inquit post me. nō contra me. quia hoc est damnabile. Unde Luc. xj. Qui nō est mecū cōtra me est. Venite etiaz inquit post me nō ꝓter me. qz hoc est impossibile. Job x. Time me nihil potestis facere. Venite ergo post me. vt scz sequamini vestigia mea. Naz xps passus ē pro vobis. vt sequamini vestigia eius. que sūt tria scz humilitatis. pauptatis. t asperitatis. Juxta illud Treñ. Recordare pauptatis mee. qz scz in hoc mundo nihū possedit. trangressionis. qz hō factus in humilitate nouissimus virorū fuit. absinthij et fellis. qz in asperitate cōsimilem dolorē nullus habuit. Si ergo sicve neritis post me. faciā vos fieri piscatores hominū. Ubi innuit inuitatōis vtilitatem que mirabilis fuit. qz cōuersio aiarū. Unde Ja. vlti. Qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit aiaz eius a morte. t̄c. Et bene dico mirabilez vtilitatē. qz mirabilis fuit corū piscatio. siue cōuersio hoim. Non em̄ fuit p violentiā. sed p verbi veritatem. Unde Damasus In vniuersam terraz euangelū dei cognitionis p̄dicatuz est non bellis et armis exercitus aduersariorū deuincentes. sed nudi pauperes et illitterati psecuti. verberati. mortificati. crucifixū carne t mortuū deuz predicantes. sapientibus t potentibus p̄ualuerūt. sequebaf em̄ cos omnipotes virtus. Sic ergo ꝓuocamur ad sequendum verbo p imitationē magistri. ¶ Secūdo ꝓuocamur nihilominus et exemplo. s. ex obedictia discipuli. q̄ hic cōmēdatur ex tribus. qz ꝓmpta. Unde cōtinuo. Itē qz pfecta. Unde relictis retibus. Itē quta recta Unde. secuti sunt cū. ¶ Prompta ergo fuit obedictia. qz cōtinuo Nulla ergo fuit procrastiatio Ut puer. tij. Ne dicas amico tuo vade t reuertere cras dabo tibi cū statiz possis. Aug. Hec vox multos decepit. quia dicūt hodies cras t subito clauditur eis hostiū t manent foris cū corulnq; voce qz nolūt hodie gemitū colūbinū. Itē fuit prompta. qz nulla deliberatio. Nec mirum. qz angelus magni cōsilij ꝓtra quē fatua est deliberatio. Fatuus eiz ect cui rex francie subito parisius vellet dare t ille vsq; mane vellet deliberare. possz ei rex infra noctem volūtatē mutare. Exemplum in ꝓmptuario ca. ij. ¶. Item ꝓmpta. qz nulla excusatio. Un arguit ille qui ꝓpter opa pietatis se excusaue Matb. viij. Dñe pmitte me p̄us se. pa. et ma. Cui respondit dñs Sine inquit mor. se. m. su. O deus quot sunt q̄ p̄tendūt hāc p̄tatē t excusatōez. sūtq; cum parētibus neglecti. Ber. O crudeles nō parētes sed pemptores. quorū ꝓsolatio mors ꝓsilij. O mira abusio dom̄ ardet. ignis instat a tergo. t fugienti p̄hibet egressus. euadensi suadet regressus. Un discipuli isti ꝓmpta fuit obedientia qz ꝓtinuo fuit. Itē pfecta. qz reliq. reti. t naui. Nō em̄ pfecte potuissent sequi nisi p̄us pūgentes spinas diuitiarū que suffocant verbum reiecissent. Itē fuit obedientia recta. qz secuti sunt cū. quod est pfectissimū. Beati em̄ sūt cum isti duo fratres tribus modis. s. p perfectōem vite p p̄dicatōem doctrine p ꝓfozmitatem pene quia ambo crucifixi. Et quia beatus andreas sic in statu vie vocatus est ad grāz. merito in statu patrie peruenit ad gl̄iam. Ad quā.

¶ De eodem.

Sermo. CLXXIX.

Non sū turbatus te pastorem sequens Hiere. xvij. Quia beat⁹ andreas ad vnius iussionis vocem secutus est dñm merito verba ꝓphete Hiere. sibi possumus adaptare. vt dicat. Non sum turba. t. pa. se. In quibus verbis duo tanguntur scz a beato andrea saluatoris sui imitatio. cū dicit. te. pa. se. Et ex imitatione exultatio. cū dicit. Non sum turbatus sed potius consolatus.

De sancto andrea.

In hoc aūt ꝙ ꝓpbta saluatorē nostrū pastorē nō regez vel imperatorē vocat imitationis facilitatem insinuat. Facilius eīm quis statum pastoris ꝙ imperatoris imitaꝛ. Unde nullus de imitatiōe ipsius potest excusari. Exꝓessit aūt saluator ipse statū pastoris dupliciter. scz ꝗntū ad habitū. qz tan ꝙ pastor vilibus pannis est inuolutus. ⁊ ꝗntum ad locū quia in medio duū animaliū in ꝑsepio est collocatus. Unde ⁊ pastores ad eum tanꝙ ad principē pastorū visitandi gratia primi venerunt. Sed posset quis dicere. hic qui est imitandus non solū est pastor. sed etiā est omniū factor. Et dicit salomō Eccē. ij. Quid est homo vt possit sequi factorē suū. Uere nō potest homo ex se nisi illius auxilio qui dicit. Sine me nihil potestis facere. Unde dicit Osee. xiij. Tantūmodo ex me auxiliū tuū. Unde ad hoc vt possimus ipsū sequi necessarius ē nobis ipius tractus. Unde ipse dicit Jo. vj. Nemo venit ad me nisi traxerit eum pater meus. Propter hoc clamat sponsa in cāticis. Trahe me p? te. In quo verbo ostendit suum affectū recongnoscit defectum. petit sponsi auxilium. Trahit aūt nos quadruplici funiculo. Primus est caritas ab eterno continuata. Unde Hieremie. xxxj. In caritate ppe. di. te. ideo at. te. Secundus est flagella illata et multiplicata. Osee. xj. In funiculis adam trahā eos ⁊ dicūtur flagella funiculi adam. quia oīes penalitates quas sustinemus ab adam traximus. que flagella siue illata siue innata nos trahunt post dominuz. Unde p̄. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accc. Greg. Mala que nos hic premunt ad deū nos ire cōpellunt. Exemplū ca. xxj. D. Tercius est beneficia. Et hec sūt vincula caritatis. Et super omnia beneficia est efficatia dominice passionis. Jo. xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahaz ad me. Quare? ē verba ⁊ exēpla exhibita. Sicut figura in tabernaculo cortina cortinā trahebat. Hoc modo traxit dñs beatum Andreaz. cū dixit. Venite ⁊ videte. Nam verbo traxit. cum dixit. Venite. Exemplo. cū dixit. Et videte. Un̄ sequitur ibi. Et manserunt ibi die vno Q vtinā hec quattuor traherent homines ad sequēdū dominū. maxime quia dyabolus multoplures trahit post se. sicut de ipso dicit. Job. xxj. Post se oēm hoiem trahit. ⁊ ante se innumerabiles Quosdā ei trahit p tpaliū abūdantiā. Un̄ apoc. xij. dr. Q serpens misit ex ore aquā post mulierē. Serpens h̄ est dyabolus. misit ex ore suo suggerendo. scz aquā. id ē. tpaliū abundantiā. post mulierē. i. eccliam vel quālibet aiaz. ad qđ vt faceret eā trahi a flumine. Sic traxit illū iuuenē ne sequeret dñm qui habebat multas possessiones. Matb. xix. Exemplū in promptuario ca. iij. D. Item quosdā trahit p carnis voluptatē Prouer. xxiij. Traxerūt me scz demones. dicit chrus ⁊ nō sensi. Et de luxuria. vij. ca. dicit de vecordi iuuene. Ignorās qđ ad vincula trahaī. Tercio trahit p finalis penitentie ꝓmissionem Un̄ in apoc. xij. Vidit iohs q draco trahebat cau. sua ter. par. stel. Cauda dyaboli est finalis penitētie ꝓmissio. Hec ꝓmissio nequissima multos pdidit. Ecclesiastes. xxix. Exemplū ca. ij. A. Un̄ beatus Andreas ne p predicta trahere tur a dyabolo. voluit poti? trahi a domino. Un̄ mor vt nomē dñi audiuit secutus est eū. Est aūt ipm secutus p viā pauptatis. Unde relictis rhetibus secutus est eū. Per cōformitatē mortis. qz sicut christus ita ipse mortem crucis excepit. Juxta illud petri. Christ? passus est pro nobis. nobis relinquens exemplū ⁊c. Hanc aūt imitationē christi expleuit letanter. Unde in ꝓmissis vbis dicē. Non sū turba. te. pas. ic. Uere nō fuit turbat? exmitatōe. ꝑ poti? consolatus. In signū cui? dicebat. O bona crux diu desiderata ⁊ tā ocupiscēti animo ꝓparata. securus ⁊ gaudens veno ad te. Nec mirū si gaudens ad crucem accedebat sciebat ei q ō cruce illuc trāsire

debebat quo ille quem imitabatur pre cesserat. Quia hoc ipm pmiserat dicēs Ubi ego sum ibi t minister meus erit. Sed vbi es dñe. Ego inquit Eccl'. xxiij. In altissimis habito. ꝙtum ad regni locū. Item in requie opulenta ꝙtū ad conuictum. Esa. lx. Item in throni fastigio ꝙtum ad consessum. Unde ps. Thronus tuus deus in seculum seculi. O ꝙmagna est gloria tua dñe. Et respōdet dñs. Illic t minister meus erit Illic inquit. Quia in eodem regni loco. Math. Uenite benedicti patris mei percipite regnū. Itē illic. Quia in eodem mense quietu. Luc. xxj. Ut edatis t biba. sup mensam meā in regno meo Item illic. Quia in eodē cū ipso throni consessu. Unde Apoc. iij. Qui vicerit dabo illi sedere mecū in throno meo quod est maximū. Adquē nos perdu.

De eodem.

Sermo. clxxx.

Mittētes rhetia in mare. Math. iiij. Circa vocationem beati andree notanē tria scz locus in quo vocatur. ars a quo vocatur t causa ꝓpter quā vocatur. I Locus fuit mare galilee. per quod signat mundus plenus amaritudinibus in quibus rotanē peccatores donec cōfracti ꝓijciantur in infernū. quia galylea interꝓtatur rota. Et nota triplicem amaritudinē in mundo. vicz laboris. Job. v. Homo ad laborem nascitur. de quo require in simone in festo mathie Uenite ad me qui laboratis tē. Secūda amaritudo est timoris. Job. xv. Sonitus terroris in auribus eius. t cum pax sit. insidias suspicatur. Tercia amaritudo doloris. Job. xiij. Homo natus de muliere brcui viuens tempore. mul. miseriis Eccl'. ij. Cuncti dies doloribꝰ t erumnis plene sunt tē. Prima amaritudo mala. Secūda amarior. Tercia amarissima. Esa. xxxviij. Ecce in pace amari. mea amara. In hoc mari habet dyabolus triplex genus instrumēti ad capiendum pisces eius. scz hamū carnalis ꝛcupiscentie. segenam auaricie. t rhete supbie. qz ꝓ rhete etiā capiuntur aues. Abac. j. Totum in hamo trahet. Dis cū tribus iniquus piscatoꝛ trahe rat mundū. Joh. ij. Omne qd̄ est in mūdo aut ē tē. Propter hoc dñs vocauit alios piscatores ad extrahēdos pisces de captiuitate illius. R Ars autē a qua vocati sunt fuit piscatio tpalis. Un subditur. Erant cū piscatores. Et nota tria genera hoim q̄ laborant in tpalibus acquirendis. ad istar illoꝝ qui exercent lucra in mari. Quidaz cū in mari lucrant̄ per piscationem. Hi sunt qui ꝓpꝛio laboꝛe viuūt. Psal. Labores manuū tuaꝝ qz manducabis tē. Quidā p mercationē. que raro sine peccato exercetur. Hi sunt qui per fraudes t dolos acquirunt tempalia. Eccl'. xxvj. Difficile eruitur negotians a negligētia t nō iustificabitur caupo a peccatis labioꝝ. Quidam per ꝓdicationem vt pyrate. Isti sunt qui per rapinas t violentias t vsuras multiplicant tpalia. Esa. xxxvj. Ue qui ꝓdaris nonne ipe ꝓdaberis Unde dixit quidam. Facta domus furto durabit tpe curto. Et nota q̄ de primo genere dñs multos vocauit. sicut Petrū Andream Jacobū tē. De scōo vnum scz Mathēū. De tercio genere nullum. quia tales aut pauci aut nulli conuertunt̄ ꝓpter difficultatem satisfaciendi. L Causa ꝓpter quam vocatus est. ē piscatio spiritualis. Un postq̄ dixit. Uenite. subdit. Faciam vos piscatores hominū. Et nota tria genera piscatoꝝ. Quidam sunt piscatores mūdi. qui venantur tpalia. vt auari. Quidam dyaboli qui piscantur animas. vt heretici t meretrices. Quidam dei vt apostoli. t alij boni ꝓdicatores.

De sancto Nicolao.

Sermo. clxxxi.

Inuenit gratiam

coram oculis domini. Hec verba leguntur in epistola hodierna ad laudem beati Nicolai & sumpta sunt de Ecc. xliij capto. ¶ Et nota q in scriptura ¶ ueteris ¶ noui testamenti legimus septem psonas grām dei inuenisse. Primus est Noe Gen. vj. Noe vo inuenit grām coram dño. Secundus abraam. Gen. xvj. Si inueni gratiaz in oculis tuis ne transeas puū tuū. Tercius fuit Loth. Gen. xix. Queso dñe mi. q; inuenit puus tuus gratiā coram te. & post vt saluarcs aiam meā. Quartus fuit moyses. Exo. xij. Dixit dñs ad moysen. Noui te ex noie & inueniſti grām coram me. Quintus fuit gedeon Judi. vj. Dixit gedeon. Si inueni grām coram te da mihi signū. & dedit ei dñs multa signa vt ibidē sequit. Sextus fuit dauid. Act. vij. dicit stephan⁹. Usq; in dieb⁹ dauid q inuenit gratiā apud dñm. Septia psona fuit beata vgo. Lu. j. Ne timeas maria inueniſti grām apud deū. Et p has septē psonas designant septē genera hoim grām dei inuenientiū. Primi sunt a malo siue p innocentiā. siue p penitentiā descendentes. Prouer. xiij. Int iustos morabit gra. Et hi p noe q recedens interpt designāt. Aliū cm aia gra dei pfusa. recedit spāliter in tribus Primo in mētis tranqllitate. ps. In pace in idipm dor. & re. Sz dr Eccl. ij. d illo q caret gra. cūcti dies eius dolo. & erūnis ple. sunt. nec p noc. mēte recedit. Secdo in certa spe beatitudinis future. Job. xj. Habebis fiduciā. ppositā tibi spe. & defossus secur⁹ dormies. recesses & nō erit qui te exterreat. Defossus secur⁹ dormit q ocs latebras cordis pserutat & nō inuēto qd mordeat. securus apd se dormit. ps. Caro mea requiescet in spe. Tercio in celestiū contemplatione Gen. viij. Requieuit archa sup montes armenie. ps. Quis dabit mihi pennas. co. & vo. & re. Hec aūt tria designāt hō p graz. Per graz ei dei pax & tranqllitas cordis hr. j. Cor. j. Gra vobis & pax. glosa. i. tranqllitas mētis. Un apls in multis locis ingit ista duo. graz. s. & pacem. q; nō pueniūt nisi p graz ad cordis tranqllitatē. Ipa cm sola pctm purgat qd cor inficiat. Esa. lvij. Impij qsi mare feruēs qd descere nō potest. Ipa etiā gra pueniēdi ad etna gaudia spem tribuit. Est cm spes certa expectatio future btitudis ex meritis & gra pueniēs. sicut dicit Aug. Ipa etiā gra ad celestiū contemplationē disponit. Exo. xxiij. Si inuem graz coram oculis tuis ostende mihi faciē tuā. Secūdi sunt q grām dei inueniūt in bonis opibus fructificantes. Et hi designant p abraā q ps multitudis interpt. q; grām dei q inuenit multitudie bonoz operū dz adoptari. alioqn inuacuū gram dei recipit Cor. vj. Glo. graz in vacuū recipit q se post in opibus non exercet. j. Cor. xv. Gra dei in me vacua nō fuit. & his omnibus abūdantius laborauit. Et b maxime in opibus mie est faciendū. opus em mie graz. i. pctoz remissionē impetrat. Esa lviij. Cū effuderis esurienti aiam tuaz & aiaz afflictā repleuerit ortet in tenebris sez pctoz. lux tua. Itē opus mie grām ꝓseruat. Ecc. xxix. Eleia viri. q. fac. cuz ipo. & graz hois. q. pu. ꝓfuabit. Item op⁹ mie. graz in hoie. augmtat. ij. Cor. ix. post ps de eleia locutus ē. subdit. Potens ē deus oem gram abūdare facere in vobis vt in oibus oem sufficientiaz hntes abūdetis in oe opus bonū. Exē plū. c. iij. Tercij sūt q grāz dei inueniūt malā societatē declinātes. q designatur p Loth. q; loth declinās interptatur qd fecit qn piculosā societatē sodomitarū declinauit. puer. xiij. Stultus illudet pctm. & int iustos gra morabit. Epb. vj. Gratia dei cū his qui diligunt dñm ie. sum xpm. Unde & Loth nō ante & post ps recessit de sodomitis tunc p̄cio se asseruit gratiam dei inuenisse. Exemplum in pmptuario ca. vij. A. B. Quarti sunt mōti picula relinqntes. q designāt p moysen. q assūptus de aq interptatur in quo desiderat. ex aqua voluptatis mūdane

debet assumi. nec in ea fordidari amplius. sed vas cordis ⁊ corpis mundū custodire. Qua sic dicit Bern. Bra dei balsamus est. vnde ⁊ mundissimū vas requirit. Debet aūt ex triplici aqua assumi. videlicet ex aqua carnalis voluptatis. De qua Ben. xlix. Effusus es sic aqua. Scōa aqua est mūdane ꝓsperitatis. De qua Hiere. ij. Quid tibi vis in via egypti vt bibas aquā flumis turbidam. Tercia aqua est mūdane vanitatis vel honoris. De qua ꝓuer. xxx. Terra nunq̄ satiat aqua. quia nō satiatur oculus visu. nec auris auditu. Debz autem homo ex prima aqua assumi p corpis mundicia. ⁊ puritatē. a scōa p volūtariā pauptatē. a tercia p verā humilitatē. Et p hec tria inuenit dei gratia.

Ipse em̄ dat gram̄ suā mūdiciam amātibus. Sap. vij. Gratia ⁊ miserc̄dia in sctōs. id est mundos. Itē dat pauptibus. Actuū. iiij. dicit de illis qui vendebāt agros ⁊ ponebāt preciū ad pedes. apostoloꝝ. q̄ gra magna erat in omnibus illis. Itē dat gram̄ humilib⁹. Ja. iiij. Deus supbis re. hu. aūt dat gratiaz.

Exemplū in ꝓmptuario. c. v. R.

¶ Quinti sūt temptatōnibus viriliter resistētes. Et hi p gedeon qui tēptatio humilitatis sue interpretat designātur Solet em̄ dns quandoq̄ hos qui graz suam inuenunt temptationibus exponere ne de gratia superbiant. sicut fecit paulo. Coy. xij. Ne magn. reue. ex. me tē. Temptatur aūt a trib⁹ dyabolo carne. ⁊ mūdo. cōtra que iuuat diuina gratia. Naz ytra astutiā dyaboli vt aducretatur cor hoīs illumiat. Unde dicebat paulus. Non em̄ ignoramus astutias eius. Unde ⁊ cū temptaretur ab angelo sathane dixit illi dns. sufficit tibi gratia mea. scz ad resistendū. Item contra ardorē carnis refrigerat. Roy. vj. Peccatum vobis nō dominabit̄. non enim sub lege estis. sz sub gratia. glo. que refrigerat. Item contra mundū roborat ⁊ cōfortat̄. Heb. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronuz gratie eius vt misericordiam consequamur ⁊ gratiam inuenia mus in auxilio oportuno. Thi. ij. Fili confortare in gratia que est in christo. Exemplū in promptuario capitulo. x.

¶ Sexti sunt ad bene operandū et honeste conuersandū alios ꝓuocantes Et hi per dauid qui manu fortis ⁊ vultu desiderabilis interpretatur designāt Debet em̄ esse talis manu fortis q̄nuz ad operatōem. ⁊ vultu desiderabilis ꝓpter honestam conuersationē. ⁊ ad hoc iuuat gratia. Ipsa em̄ ad bene operandū iuuat. Coy. x. Gratia dei in me vacua non fuit. sed abundantius omnib⁹ laborauī. Ipsa etiā conuersationē decorat. Coy. j. Non in sapientia carnali sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Hester. ij. Erat hester formosa valde ⁊ incredibili pul. q̄ntum ad bonam operationē. omniūq̄ oculis gratiosa. propter honestā conuersationem. Et per hec proximus prouocatur. Exemplum ca. v. R.

¶ Septimi qui gratiam dei inueniunt sūt in amaritudine anime sue presentez vitā propter exilium deficientes. Et hi in maria que amaruz mare interpretatur designātur. Nulla amaritudo maior est his in quibus est gratia q̄ q̄ a suo conditore tanto tempore elongātur. Unde Roy. vij. Infelix ego homo quis mi. li. de. cor. m. h. Et post subdit Gratia dei per dñm nostrum ihesum christum. Psalmis. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuum. quando veniā ⁊ apparebo. ⁊c. Exemplus capitulo. xij. R.

¶ Per oia septem supra dicta beatus Nicolaus gratiam coram oculis domini inuenit. ⁊ per ipsa. q. per septē gradus ad thronum veri salomonis consecendit. Nam cuz primis per innocentiā a malo quieuit. cum secūdis in bonis operibus fructificauit. cum tercijs maloꝝ societatez declinauit. cum quartis glorīam mundi sprecuit. cum quintis temptatōnibus viriliter restitit. cum sextis per honestā conuersationem alios ad bonum pro-

uocauit. Cum septimis ad celuz totus iubiauit. Adapta de legenda.

De eodem.

Sermo. CLXXXII.

A Infantia mea mecuz creuit miseratio. Job. xxxj. Hec verba beato Nicolao conuenienter possunt adaptari. Tā gunt enī in ipsis tria sibi conuenientia scz conditoris sui imitatio. cuz dicit mecum miseratio. Imitatōnis matura inchoatio. cum dicit. ab infantia. Tercio eiusdē imitationis cōtinuatio. cū dicit. mecum creuit. A Bene cum dicit mecum miseratio. conditoris sui innuitur imitatio. In hoc enī scz in miserationē. cōditor noster maxime apparet cōmendabilis. quia sm ps. Miserationes eius super omnia opera eius. Omnia opera dicit. quia creationis recreatiōis conseruationis. z remunerationis. Creationis. Unde ps. Creauit te in misericordia z miserationibus. Item recreatōis. Unde ad Thi. j. Apparuit gratia saluatoris. Et post. Non ex operibus iusticie que fecimus nos. sed sm suam misericordiam saluos nos fecit. Item conuersationis. Unde Treñ. iij. Misericordie domini. quia nō sumus con. Item remunerationis bonoruz Psal. Ego aūt in multitudine misericordie tue introibo in do. tuā. Itē remunerationis maloz. Unde Abac. iij. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Nam z si iustus est misericordia tamē eius superexaltat iudi. Unde qz ipsius ē miserari z parcere. ipse verbo z opere ad misericordiā nos inuitat dicens. Luce. vj. Estote misericordes sicut z pater vester misericors est. Misericordiā ei volo z nō sacrifi. In hoc autem beatus Nicolaus bene dominū ē imitatus. qz ipe veraciter potest dicere mecum creuit miseratio. Veraciter enī habet miserationem qui eā incipit in se z pficit in primo. In se vt suipsius misereat cauens a peccato sm illud Eccl. xxx. Miserere anime tue p. d. In primū vt ei ꝑpatiat sm illud. Oportuit z te misereri cōser. tui. Quod vtrūqz beatus Nicolaus fecit. Ille enī sibipsi ē imisericors qui scipm occidit. quod facit oīs peccator. Homo enī p malicia am occidit animā suam. Sed cū beato Nicolao creuit miseratio. quia ab infantia cauit a peccato studens placere deo. Unde adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. Nam quarta feria z sexta suggebat semel māmas. z postq̄ domi puerilem decursat etatem spretis mūdi oblectatiōibus. xpi se iugo subiecit. Sic ergo miserationē in se incepit quā ctiā in primo perfecit. Et quis potest oīes ipsius miserationes enarrare quas primo oīdit. Congrue enī illō Job potest dicere. Benedictio parituri sup me veniebat. sicut ipe tēpestatis. Unde post liberati venerunt naute gratias ei agentes de beneficio Cor vidue consolatus sum. scz vnam lunaticam sanando. Justicia indutus sum qñ scz xpianus eo fidetussore posito a iudeo pecuniam mutuauit. z post p sophisticationē baculi arundinei pecuniā deceptorie retinuit. in quo post per mortem eius iusticia apparuit. Induit me sicut vestimēto iudicio. sicut qñ tres pueros a Daciano prefecto ꝓpter pecuniam cōdemnatos in loco occisionis spiculatori gladium vibratum recipiens z in terram ꝓiciēs ipsos eripuit. Oculus fui ceco z pes claudo. felicz vtrūqz restituēdo. Pater eram pauperum. sicut patet in tritico imperatoris quod a nautis mutuatum pauperibus distribuit. z patet in auro quo triū virginū incestum fugauit z inopiaz. Sic ergo quia beatus Nicolaus misericordiam diligenter exercuit conditoris sui in hoc innuitur ab ipso imitatio. B Eiusdem autem imitationis matura inchoatio innuitur. cum dicit. ab infantia mea. Uñ pōt dicere illud Eccl. vlti. Ambulauit pes meus iter rectum

a iuuẽtute mea. Et quare a iuuẽtute ẽ hec mīscõia inchoanda inuenies in se q̃nti sermone. scz. Ecce sacerdos. circa mediũ. Eiusdẽ aũt misc̃ie inuit̃ ꝓti nuatio. cũ dicit. Decẽ creuit. Nam si cut vsq; ad pfectã etatẽ cõtinue creuit in corpe. sic ⁊ miserationẽ oñdit se cõ tinue exercuisse. cũ dicit eã secũ creuisse Et certe beatus hõ q̃ vigilauerit ad fo res sapientie tota die. sic dicat̃ in ꝓuer. viij. Quia talis hauriet salutez a dño. sicut et beatus nicolaꝰ hausit. Et nos ffres si ad candẽ salutẽ ptingere volu mus p eosdẽ gdus ascẽdere debemus. Sit ergo in nobis miseratio. Primo respectu nr̃i. vt misereamur anie nr̃e. s. malũ declinãdo. Scõo respectu ꝓmi ci bonũ faciẽdo. Hoc aũt debemꝰ ma ture inchoare scz ab infantia. et tũc in choatũ debemꝰ ꝓtinuare vt simꝰ dño seruiẽtes in sanctitate oibꝰ diebꝰ nr̃is Cõ nobis prestare dignetur.

De eodem. Sermo. CLXXXIII.

QUis dabit mihi pennas sicut columbe ꝫ volabo ꝫ requiescam. ¶ Verba sunt felicis anime perfectionē beate marie virgis ꝫ hodiernam felicitatem āmirantis. ꝫ imitationē eius desiderantis. āmiratur eñ tria in columba. id est in beata virgine. vicꝫ habitum quo resplenduit. volatum quo ascendit. locū quo quiescit. ¶ Desiderat ergo habitum colūbe quo ornetur. cum dicit. Quis dabit mihi pēnas col. Volatum quo eleuetur cū dicit. ꝫ volabo. Locum quo collocetur. cū dicit. ꝫ requiescam. Siquidem in ornatu beate ṽginis notatur virtutū imensitas. ps. Omnis gloria filie regis ab intus. In volatu ascendentis agilitas Unde de sanctis dicit Esa. xl. Mutabunt fortitudinem. Et post dicit. Volabunt ꝫ nō deficient. In loco beatitudis felicitas. Unde ps. Transibo in locum tabernaculi āmirabilis vsq̄ ad domuꝫ dei. ¶ Dicitur aūt columba beata virgo ꝓpter figure ꝑsignationem ꝫ ꝓprietatis expressionem. Presignata enim fuit in columba. Gen. viij. vbi de archa militantis ecclesie extra quā non est salus. primo exuit corui. i. apostata angelus ꝑ superbiam. q̄ illectus cadaueribus peccatoꝝ nō redit nec reuertetur Deinde columba. id est ꝓthoplastus ꝑ auaricīā tanq̄ colūba seducta nō hñs cor. Osee. vij. Qui redit ꝑ penitentiā.

ꝫ nihil attulit. qz ñ potuit resl. ruere qđ pdidit. Deinde iter egressa est colũba. i. pthoplasti filia. q̃ qdem exit p origia lem culpã. ꝫ redit p sanctificationẽ plena grã portans ramũ oliue virentibus folijs. i. grẽ peccatores cũ deo reconciliantis. Itẽ dr̃ colũba qz pprietatẽ colũbe expssit. Nam colũba est in nidificando diligẽs Cant. viij. In foraminibus petre. In cantu gemens. Esa. xxx. Quasi colũbe gemẽtes. Insidias pcauens. Ufi Can. v. Oculi tui sicut colũbe sup riuos aquar. Nidificatio colũbe respicit beate v̄ginis solicitudinis frequentiã. dñ sola soli vacabat. Unde qz angelus nõ inuenit eã foris vagantẽ. ꝫ solitariã. dr̃ in Luc. Ingressus angelus. Sciebat enim q talis locus aptior est ꝛcẽplationi. Ufi Osee. ij. Ducam eã in solitudinẽ ⁊ ibi loquar ad cor ei? Ufi de sanctis predicatoribus dr̃. Esa. lxij. Qui sunt hi q̃ vt nubes volant. scz p pdicationẽ. ⁊ q̃si colũbe ad fenestras suas. s. p solitariã vacationẽ. Itẽ tan q̃ columba cauit insidias accipitris qñ cogitabat qualis esset salutatio. Unde ⁊ angelo dixit. quõ fiet istud qñ virum nõ cognosco. i. cognoscere nõ ꝓpono. q. d. Si vere dei nuncius es indica modum. Item gemitus cõlumbe respicit maternũ. p filio dolorem. De quo Luc. ij. Ego ⁊ pater tuus dolentes quereba mus te. Marie aũt respicit dolorẽ quẽ tpe crucis habuit. qñ ipsius aiam gladius ptransiuit. ☞ Uutus colũbe penne sunt vt dixi virtutes que pẽne tota ꝓphetã sunt niue dealbate quo nihil candidius. deargẽtate. quo nihil sonorius. deaurate quo nihil pciosi? Uirtutes enim dñe nre ⁊ pulcre sunt ad speculandũ. ⁊ sonore ad laudandũ. ⁊ pcio se ad imitandũ. His pennis volauit triplíciter. Primo in matris vtero. Scõo in mõdo. Tercio in celo. In primo volatu habuit pennas niueas. fuit qdem in ea nigredo originalis in ꝯceptu. ꝫ duz discernit sup eã celestis regis. s. clemẽcia. dealbate sũt in seliuon. seliuon pax vl̃ vmbraculũ dr̃. In scõo habuit argẽteas. qñ missus est angelus ad eã ⁊ qñ dixit. Ecce ancilla dñi. In tercio aureas. qz posteriora dorsi eius fuerunt in palore auri. De his Cant. vj. Que est ista q̃ ascendit q̃si aurora q̃tũ ad statum sctificationis in vtero. vbi fuit terminꝰ noctis ⁊ initiũ diei. pulcra vt lũa q̃tuz ad statũ ꝓcessus in mũdo. electa vt sol q̃tũ ad statũ assũptionis in celũ. tũc eñ fuit amicta sole. i. glificato corpe. Uolauimus volatus fuit in candore innocẽtie Scõs in plenitudie grẽ. Tercius in altitudine glie. Et ibi reqescat sup mõtes armenie. Armenia montis vellicatio dr̃. Adapta de alijs ꝫmonibus.

¶ In ꝫmone imediate pcedente autor huius libri dicit beatam virginem ꝓcepta esse in originali peccato. Qz hodie oppositum pdicat in ecclesia dei.

¶ De eodem festo. Sermo. CCLXIII.

Que est ista q̃ ascẽdit de deser. deli. af. innix. super di. su. ☞ Scõm beatũ Bern. Verba sunt angelox assũptionẽ beate virginis ãmirantiũ. Miranꝰ vero primo ipsius dignitatẽ. cũ dicũt. Que est ista. Glosa. q̃ digna. Secũdo sanctitatem ibi. que ascendit. Tercio felicitatem. ibi. delicijs affluens. Quarto honorẽ. ibi. innixa sup di. su. ☞ Dignitatẽ ãmirãtes ꝓponũt angeli questionẽ ꝫ ãmirationis Que est ista. Huic questioni rñdere nõ sufficit lingua hũana. ꝫ nec angelica. ꝫ respondeat diuina in pson a eius. Ego ex ore altissimi ꝓdij. primogenita ante oẽm creaturã no tpe ꝫ dignitate. Dignitate enim multiplici ꝑeminet oñi creature. Ipsa enim est vt ait aug. mater dei. regina celi. dña mundi porta paradisi.

Mater dei quia genuit ipsum Luc. j. Nõ enim ex te nascet sanctũ. vocabit filius dei. Hinc ꝫ q̃ sup ipm hz gõ ãmodo materne auctoritatis impiũ nulli alij

ꝺuenit creatureꝫ. Aug⁹. Hoc singularit̄ illa femina habuit vt videret sibi nasc̄i di ḧūlitate subditū. quē nō solū humana verūet̄ā angelica veneraꝝ creatura ꝫ adorat altissimū. Regina ꝺo celi est qꝛ de inferni spoliꝭ repauit ruinā angeloꝝ ꝫ iplenit celū. Ber. Per te celū impletū est. infernus spoliatus. A ꝓncipio creationis celi regē habuerūt. regiā nondū hēbant. ꝑ hodie regina saba ingressa est hierl'm cū magno comitatu Re. xiij. Dña ꝺo mūdi est qꝛ repauit mundū. Aū aug. Que singlari tuo mōo succurriſti ꝓdito. Jō ꝫ dña interp̄taꝝ. Porta ꝺo paꝺisi est qꝛ p ipsam solam patꝫ aditus paꝺisi. Aū aū ei⁹ ortū nullus intrauit paꝺisum. Paraꝺisi eī porta p euā cūctis clausa ē. ꝑ ipsa facta ē regis alti ianua. Si g̃ intrare volum⁹ pulsem⁹ instanter ad hanc tanuā manu deuotiōis cōpacta g̃si ex q̃nq̃ digitis. i. in eā sperādo. amādo. laudādo. oꝛando. imitando. Sic pulsanti apiet̄. Jō nō intrāt pagani. iudei hereticiꝫ. qꝛ ad hāc tanuā nō pulsant. Clauis huj⁹ ianue ē ipsius mia q̃ mor vt pulsaꝝ apiꝛ. qꝛ misericoꝛdie viscera nulli claudit hoiꝫ. vñ ꝫ mr̄ mie dr̄. R Scḋo eius miranꝫ fcitatē cū dicūt. q̃ ascendit de deserto. Desertū eī mundū istū vocant. Quid eī desertū nisi locus aridus incultus. hoꝛridus. inhabitabilis. teste moyse q̃ diu habitauerat in deserto. Jnuenit inquit eū in ṫra deserta in loco hoꝛroꝛis ꝫ vaſo. Sic mōs iste est locus aridus. qꝛ nō pōt sedare sitim se diligentiū. qꝛ ꝝm aug. aia solius dei capaxꝫ est. Aū nil qō minus est ipsam replere pōt. Jncultus est ꝓpꝛ paucitatē vꝛutū. ps. Declinauerūt simul inutiles facti sunt. Hoꝛridus ꝓpꝛ mꝛtitudi nē bestiaꝝ. i. vicioꝝ. Vsee iij. Maledictū ꝫ mendaciū ꝫ furtuꝫ ꝫ adulteriū inundauerūt. Jnhabitabilis qꝛ in eo nō est manendū ꝑ trāseundum Hebꝛe. xj. Confitētes qꝛ pegrini sunt. Jn ꝑ deserto multi sibi ꝓstituūt paꝺisū pcurātes sibi delicias ꝫ voluptates. Tales sūt de nūero illoꝝ q̃ citra iordanē sc possessionē accepisse ꝓfitenꝫ nihil vltra q̃rentes. ꝫ iō nō ascendūt aie eoꝝ de deserto in celū. qꝛ de deserto fecerunt sibi celū. Hz btā vgo mundū ꝓ deserto habuit. iō nolebat in eo manere. ꝑ quotiꝺie pēnis vꝛutū cōscendebat de deserto in celū. Duplex eī vita. s. actiua ꝫ ꝓtēplatiua sc̄ q̃si due colūbe nr̄e. de q̃ cantamus. Vidi speciosam sc̄ colūbā ascēdentē. Jō hodie legiꝫ euāgelū de martha ꝫ maria. De sunt due puelle comitantes hester ad assuer intrantē. quarū marta. i. actiua corpus sustentat. altera maria. s. ꝓtēplatiua vestimenta eleuat.

V Tercio miranꝫ eius felicitatē ibi delicijs affluēs. Affluebat eī deliciꝭ gr̃e dī adhuc erat in deserto. qꝛ erat oꝛtus deliciaꝝ. paꝺisus maloꝝ punicoꝝ. oꝛtus ꝓfi⁹ regina manu ꝫ cultu. in quo assueri regis ꝓuiuū celebꝛatū ē. W V Quarto ꝫ vltimo miranꝫ ei⁹ honorē quē hodie ꝓsecuta est. Ascēdit ei innixa sup dilectū suū. s. filiū. Unde bern Quis cogitare sufficiat ꝑ gl'iose mundi dña hodie ꝓcesserit. ꝑ to deuotiōis affectu tota in ei⁹ occursū ꝓdicerat celestiuꝝ legionū multitudo. ꝑ placido vultu. ꝑ serena facie. ꝑ letis ꝰplexibus suscepta a filio. ꝫ sup oēꝝ exaltata creaturā. Et hiero. Ipse p se saluatoꝛ festinus ꝫ let⁹ tot⁹ occurrit. ꝫ eā secū in solio collocauit. Et qꝛ ē nr̄a aduocata. rogem⁹ ipsā vt aput filium ꝓ nobis intercedat.

De eodem festo.

Sermo. CCLXIIII.

Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluēs. innixa sup dilectū suū. Cant. viij. V Angeloꝝ questio est. tria circa assumptionē virginis āmirantiū. Primo am miranꝫ dignitatem ascendentis. cū dicūt. Que est ista q̃ ascen. glosa. ꝑ digna Scḋo plenitudinē venientis ibi. deliciꝭ affluens. Tercio nouū modū ascēsiōis cū dr̄. innixa sup dilectū suum V Dignitas ascendētis in tribus est āmirabilis.

scz in ꝟginali fecūditate. in filij de pturitione. in hodierna exaltatione. Prīa ḡ dignitas fuit ꝟginialis fecunditas. ꝓpter quā dr̄ bñdicta in mlierib⁹. Multe em̄ filie congregauerūt diuitias. ḡdam ꝟginitatis vt ꝟgines. ḡdam fecūditatis vt mres. hec aūt supgressa ē vniuersas qz fecunditatem habuit et ꝟginalem pudicitiā non amisit. Un̄ de ipsa dr̄ in Cant. vij. Venter tuus sic̄ acerruus tritici. ꝓpter fecūditatē. vallatus lilijs ꝓpter multiplicē ꝟginitatē. fuit em̄ virgo mente. fuit ꝟgo corpe. et ꝟgo pfessione. De hac dignitate dicit Bern̄. Marie priuilegiū est nō dabit̄ alteri. Scōa dignitas est in filij dei enixione. Magnū em̄ est ꝟginitatē cū fecunditate hre ꝫ maius deū parere. Ber. Magnū est angelo vt sit minister dei. maius maria merit vt esset mater dei. Unō ipsa dicit Ex hac beatā me dicēt oīs generatiōes

Tercia dignitas ipsi⁹ fuit in hodierna ipsius exaltatiōe. Ipse em̄ verus salomon in occursum matris festinus de throno suo exiliens prexit. et eā ad suaz dextrā collocauit. Hanc triplicē dignitatē angeli ām̄irantes dicebant. Que est ista q̄ ascēdit de deserto. Ex plenitudinē ām̄irant venientis. cum dr̄ Delicijs affluens. Triplicē em̄ plenitudinē legimus fuisse in maria. Prima fuit gre q̄ spūssanctus eius repleuit mētem. Un̄ Luc. j. Aue gratia plena. Hō exponens Hiero. dicit. Vere plena. qz ceteris p ptes grā dat. in mariā se totā infudit gre plenitudo. Ista plenitudo fecit eā affluere delicijs vtutū. Scōa plenitudo fuit deitatis. q̄ eius vter inhabitauit. De hac plenitudine. ad Col. j. q̄ ois plenitudo habitauit in xpo corporaliter. s. p vnionem. ex quo sequit̄ q̄ fuit in vtero ꝟginis p susceptionē. et iō fecit eā affluere delicijs spūalū carismatū. Bern̄. Intuere q̄to honore voluerit eā deus honorari. qz totī⁹ boni plenitudinē effudit in mariaz. vnde si q̄d i nobis salutis. si q̄d spei. si q̄d gre. totū nouerimus redundare ab illa q̄ delicijs affluebat. ortus plane deliciaꝝ quē diuinus ille auster pflauit. vt fluerēt aromatha. s. carisma gratiarum. Tercia plenitudo fuit glorie in quam ipsa hodie intrauit. que ipsam facit affluere delicijs celestium gaudioꝝ. De his delicijs Bern̄. Qui replet in bonis desiderium aie. erit em̄ rōni plenitudo lucis. volūtati multitudo pacis. memorie cōtinuatio eternitatis. Istis delicijs affluit beata ꝟgo gaudens de lucis plenitudine. de pacis multitudine. de eternitatis ꝟtinuatiōe. Tercio ām̄irant nouū modū ascensiōis. cū dicūt. innixa sup dilecto. et hoc q̄tum ad modū et q̄tuz ad locum. Non imerito aūt modum ām̄irant. viderūt em̄ xp̄m ascendere in virtute ꝓpria. sm q̄ scriptum ē. Exaltare dñe in virtute tua. Unde ām̄irantes in Esa. lxij. dixerūt. Iste formosus gradiens in multitudine vtutis sue. Viderūt etiam alios sanctos ascendere quasi tractos virtute diuina. sm q̄ scriptū est in Osee. xj. Trahā te in vinculis charitatis. Hec aūt ꝟgo nec ꝓpria virtute ascēdit. cū nō esset deus nec tracta vtute diuina sicut alij sancti. cū esset oīmbus superior. ꝫ ascendit innixa sup dilectum suū. Mirant̄ etiaz ascensionē q̄tum ad locū. Transcendit em̄ oīs chorōs angeloꝝ. et ad dexterā filij ē locata. Ber. Nec etiā in celis est locus dignior regali solio in quo filius matrem hodie sublimauit.

De eodem festo.

Sermo. CCLXV.

Quid et ois israel deducebant archam in iubilo. ij Re. vj. Un hac deductione tria sunt notanda. vicz q̄d deduxerūt. qz archā. Qui deduxerūt. qz dauid et ois isr̄l. Qualr̄ deduxerūt. qz cū gaudio. In primo. s. in archa quā deduxerūt btā ꝟgo designat̄. In dauid et filijs israel q̄ deduxerūt obsequentū pluralitas in assumptione innuit̄. Sz in gaudio deductōis

gaudiū assūptiōis exprimit. Ñ aūt p archā btā vgo designat, ppt̄ tria q̄ continebat olim arca. i. māna. p qđ dr sapia. vga, p quā disciplina. tabule p̄q̄s scia. ¶Primū significat xp̄m regē. Dcōz ꝑ cat xp̄m pastorē. Tercīū xp̄m p̄dicatorē. vñ qr xp̄s hītez tria p̄dicta continuit in se tanq̄ archa ad honorē virginis cantat ecclesia Ventris sub archa clausus est. ℟

¶Secūdo in dauid t in filijs israel q̄ deduxerūt archam obsequiū xp̄i t sanctorū in beate virginis assumptione designatur. Dauid em̄ q̄ interp̄tat manu fortis t vultu desiderabilis. xp̄m designat. q̄ vere fuit manu fortis in passione. qñ iuxta aplm debellauit aereas potestates. qr vere tunc fuit dñs fortis. dñs potēs in plio. Item est modo sanctis in p̄ria ꝓstitutis vultu desiderabilis. qr sicut dicit ¶Petrus. Ipse est in quē t angeli desiderant ꝓspicere. In iudicio autem erit vtrūq̄. t manu fortis reprobis. t vultu desiderabilis bonis. Hic dauid in arce id est in matris deductione, ꝓpinquioribus fuit vt posset beata vgo illud p̄s. dicere. Tenuisti manū dexteram meam t in voluntate tua deduxisti me. qr sicut voluit ita deduxit. qr in nullo sua impeditur voluntas. t cū gr̄a suscepisti me De quo Ber. Hodie maria a filio suscipitur. cū quanta gloria. cū quāto pudoris honore. Et post dicit. Nec in celis locus dignior regali solio in quo filius matrem hodie collocauit. Nec solum dauid. id est xp̄us. ꝑ etiam oīs israel. id est vniuersitas sanctorū que in celis videt deum. deduxerūt archam. Unde hildefonsus. Non fuit angelus. nō archangelus. nō potestas. neq̄ virtus. sed nec princeps siue dñs. nullusq̄ thronorū diuinū q̄ nō matri dñi festinarent occurrere Unde dicit in Re. vj. q̄ fuerūt cum dauid in deductione arce septem chorī. scz angelorū. patriarcharum. ꝓphetarum. apostolorū. martyrum. confessorū. virginum. quorū ꝓcessionem in deductiōe arce hodie mater ecclia sua ꝓcessione representat. quia in illa ꝓcessio possibile ē q̄ fuit ad modō nostre p̄cessionis. Angeli p̄cedebant quasi aquā portātes benedictam. t hoc. tum quia est officium p̄cedentis. t ipsi p̄cesserūt animas sanctorū in celo. tum quia aqua benedicta a sua reprimit potestatem dyaboli. sīc dicit Grego. t ipsi sunt q̄ reprimūt demones ne hominibus noceāt. ¶Patriarche ꝓpter fidem portant crucem. Et em̄ crux signum fidei nostre. Unde crucem extollere est fidem in publico manifestare. De fide patriarcharum satis habet Hebre. xj. ¶Prophete ꝓpter donum intelligentie portant cereos. sunt em̄ ceroferarij. ¶Per lumen em̄ significatur intelligentia vtriusq̄ testamenti. Apostoli quos dñs binos t binos misit. ratione mutue charitatis. tenent p̄cessionem. Unde de ipsis cantat eccl̄ia Vidi cōiunctos viros. Martyres ratione fortitudinis sue portant vexillum Fortes em̄ in exercitibus solent portare vexillū. t martyres portant vestigia xp̄i. Uñ vnus ipsorū dicit. Stigmata ie su in corpe meo porto. Confessores rōne sue misericordie que est orare ꝑ peccatoribus portant thuribula. thus vō est orō. ignis thus accendēs est feruor orōnis. quē habēt ꝑ pctōribus orādo Uñ Apo. v. Hñtes cytharas t phialas aureas plenas odoramentis. que sunt orationes sanctorū. Virgines ratione sue puritatis sunt cantatrices incipiūt em̄ cantus. Apoc. v. Cantabant canticum nouū quod nemo poterat dicere nisi illa centum quadragintaq̄tuor milia. hi sunt qui cū mulieribus nō. ¶

¶Tercio ostendit qualiter deduxerūt. qr omnes cum iubilo quod est gaudiū inexpressibile. Unde Anshelmus. Cum filius matrē assumeret cuiusmodi p̄cor apparatū? intēdebat tota curia angelorū. q̄busue vocibus salutis re onabāt nūerosa tabernacula antiquorū patrū. Et. j. O dies tāti occursus gl̄iosa. t felix dies tā p̄clare exultatōis. Ad quā.

¶Infesto scti Bartholomei.

Obtis ciues sctõꝝ
ꝛ domestici. Require in festo sã
cti Jacobi.

De sancto Bartholomeo.
Sermo. CCLXVI.

Hoc ẽ pceptũ meũ
vt diligatis inuicẽ sicẽ dilexi vos
Jn his vbis dñs sicut apl̃os ita
nos hortat ad primi dilectionẽ ex tri
plici debito. vicz ex debito pcepti. natu
re. ꝛ exempli. Debitũ pcepti innuit. cũ
dicit. Hoc est pceptũ. Debitum nature.
cũ dicit. vt diligatis inuicẽ. Dz debitũ ex
empli. cũ dicit. sicut dilexi vos. Dat ḡ
dñs q̃ rarissime pceptũ noiauit. de pri
mi dilectione pceptũ. ꝛ b̃ qz necessariũ.
vtile. ꝛ facile. Vere necessariũ. qz sicut
sine fundamento pietes. sic nullũ meri
toꝛium opus sine charitate. Nõ oñdit
apl̃s ad Coꝛ. xiij. vbi innuit q̃ nec bo
nũ coꝛdis. s. fides. pdest dicens. si fidez
habeã ita vt transferã. nec bonũ oꝛis.
qõ est laus dicẽs. si linguis hoim loq̃r
ꝛ angelo. ꝛ. nec bonũ opis dicens. si di
stribuero oẽs facultates meas. ꝛ coꝛp⁹
meũ tradidero ita vt ardeã. Nõ totum
ostendit nõ valere sine charitate. Unde
subdit. Charitatẽ aũt non habeã nihil
mihi pdest. Unde ꝛ aug⁹. dicit. Sicut
coꝛpus sine aĩa mortuũ est. ita aĩa sine
charitate. Jtẽ est pceptũ vtile. ꝛ b̃ tri
pliciter. Primo qz oñe malũ expellit.
Prouer. x. Uniuersa delicta opit chari
tas. sicut ignis opit nigredinẽ carbonis.
Scõo vtilis est qz omne bonũ inducit.
Coꝛ. xiij. Charitas patiens est. benig
na est ꝛc. Tercio vtilis est. qz ad sũmũ
s. glie pducit. Uñ in Cañ. Jo. iij. Nos
scim⁹ qz trãslati sum⁹ de morte in vitã
qz diligim⁹ frẽs. Jtẽ est pceptũ facile.
Jsistit enim in hois volũtate. q̃ nihil ẽ in
hoie liberius. Uñ Deut. xxxij. Nãda
tũ qõ ego pcipio tibi. Et. j. Dz iux̃ te ẽ
sermo dñi in oꝛe tuo ꝛ in coꝛde tuo. Uñ
qz in coꝛde hois est nemo põt se excusa
re de pcepti adimpletiõe. Scõo
tenem̃ ad dilectionẽ primi ex debito na
ture. ꝛ b̃ innuit. cũ dicit. vt diligatis in
uicẽ. nõ aliud ex vos. q. d. Ad hoc ipm
monet nos natura. vt. s. hõ hoiem dilꝛ
gat. Omne enim aĩal diligit sibi. Eccl.
xiij. Uñ si alia aĩalia ppẽ sui conuenientiã
diligũt se. multo plus dz hõ hoiem dili
gere. Plus enim hõ hoi assimilat̃ q̃ aliq̃
creatura alteri. Plus enim hõ conuenit cũ
hoie q̃ angelus cũ angelo. qz angelus
cũ agelo tm̃ conuenit rõnali. ꝛ sic hõ cuz
hoie. ꝛ insup conuenit in coꝛporeitate sen
sibilitate ꝛ vegetatione q̃bus careꝛ ãge
lus. Et in his tribus hõ conuenies cum
alijs aĩalibus discõuenit. ab his in rõe
Et sic hõ cũ hoie magis alijs cõuenit̃
ꝛ tõ rõne maioꝛis conuenictie plus tenet̃
se diligere q̃ alĩa creaturã. Nõ q̃nti sunt
q̃ hãc conuenientiã pax attendũt. q̃ res p
rio añponũt. cũ ipm ppẽ illas psequnt
vel occidũt. Ad b̃ debitum nãc monet
nos apl̃s. Ro. xiij. Nemi q̃q̃ debeatis
nisi vt inuicẽ diligatis. Tercio
tenet̃ diligere primũ ex debito exẽpli.
qõ tãgit dñs. cũ dic. sicẽ dilexi vos. Exẽ
plũ em̃ dedit nobis vt quẽadmodũ ipe
dilexit nos ꝛ nos mutuo diligam⁹. Di
lexit nos aũt ipse nos. dulciꝑ. sapienꝑ. ꝛ for
titer. Dulciꝑ q̃m melius q̃ habuit b̃ẽ
seipm nobis cõicauit nr̃e. s. nature se co
pulando. Uñ Hiere. xxxj. In charita
te ppetua dilexi te. ideo attraxi te. mihi. s.
copulando. Jẽ dilexit sapienꝑ. qz culpa
cauit. pcm̃ em̃ non fe. nec inuentus est
dolus in oꝛe ei⁹. Jtẽ dilexit fortiꝑ. qz p
nobis vsq̃ ad mortẽ decertauit. Unde
ipse dicit. Maioꝛẽ dilectionẽ nemo hz
vt aĩam suã po. q̃s ꝛc. Et sic nos exem
plo suo primũ diligam⁹. Prio dulciꝑ in
ipsi⁹ necessitate sibi nr̃a cõicando. qz sicẽ
dicit Jo. j. Job. iij. Si q̃s viderit fratrẽ
suũ necessitatẽ patientẽ ꝛ clauserit vi
scera sua ab eo quõ charitas dei manet
i illo. Dulciꝑ diligebat q̃ dicebat. Omi
diũ bonoꝝ meoꝝ dñe do paupib⁹. Jtẽ
diligã⁹ sapiẽꝑ in dilcõe pcm̃ declinãdo
nõ dz ada. q̃ sm̃ aug. ne ꝛtristaret vꝛo

rē cuam in pctīm ꝓsensit ⁊ ipm ꝓmisit Tales heu mlti inueniunt hodie. q̄ ob dilectionē suoꝝ amicoꝝ pctis inuoluuntur. qō nō est diligere sapiēter. Itez debem⁹ diligere fortiter. s. in aduersis, pri mū nō deserendo. sed potius si necesse est vitā ꝓ ipso exponēdo. Un̄. j. Jo. iij In hoc cognouim⁹ caritatē dei qm̄ il le aiaz suā ꝓ nobis posuit ⁊ nos debemus ꝓ fratrib⁹ aīas ponere. Hec est vera caritas q̄ nunq̄ excidet. qz hic inchoat ⁊ in futura vita cōsummat. Ad quā nos pducat.

De eodem.

Sermo. CCLXVII.

Hrta ē uia que ducit ad vitā ⁊ pauci inueniunt eā. Matth. vij. ℣ Hec ẏba dñi hodierne in q̄ agit festū bti bartholomei ꝓpetūt solēnitati. in ḡbus tria a dño innuunt. vicz supme hitatōis felicitas. cū dr vita. Scdo itinerꝭ illuc tendentis difficultas. cū dr arta. Tercio p uenientiā ꝓpter vie difficultatē raritas. cū dr ⁊ pauci inueniūt eā. ℣ Supmaz ḡ habitationē dñs dicit vitā. Un̄ dico supmā ad differentiā aliaz hitationū. Est em̄ habitatio infima. media. ⁊ supma. Infima inferni. media mūdi. ḡ supma celi. Infima inferni. s. est miserabilis ꝓpē penaz imēsitatē. de q̄ dr ysa. xxxiij. Quis ex vobis poterit hitare cū igne deuorāte aut q̄s ex vobis hitabit cū ardoribꝰ sempiternis. Vere miserabile ē habitare cū igne deuorāte ⁊ ardoribꝰ sempiternis. Pro tanto illa hitatio licz et sp comes vita sit. nō tn̄ vita sed mors a dño vocat. cū dic. Lata ē via q̄ ducit ad mortē. Nec mir. Si em̄ ardores febriū ꝺtinue p annū vl̄ pluries habiti affectare faciūt mortē. q̄ntomagis ardores ifernales sempiterni. vbi nō solū ardore cruciant ḡ mltis alijs. q̄ his ꝑsib⁹ ꝺtinent. Igne. gelu. verme. fame fetore. flagello. Horror cū tenebris. et flāmea vincla membris. Propt̄ q̄ oia mors q̄ mō amara est dulc̄ esset. si ibi veniret. optabūt mortez ⁊ mors fugiet ab eis. De hac morte Hiero. ad augustinū. Horreo mortez viuacem vermē mordacē. Horreo incidere in manus mortis viuacis ⁊ vite morietis. Nō ḡ infima habitatio dr vita sed mors.

Itē habitatio media. s. mōi. non dr ꝓ ꝑte vita ḡ media vita, ꝓpter vite breuitatē. Est em̄ vita nr̄a vapor ad modicū parēs. sicut dr Jacobi. iij. Un̄ dicit Sap̄. v. Nos nati ꝺtinuo desiuim⁹ eē. Et post subdit. Spes impij q̄si lanugo que a vēto tollit. Hec spes est vita ꝑsens. q̄ cito sic lanugo a vēto tollit. ⁊ sicut spuma q̄ a vento dissipat. et sicut fumus cito diffunditur. et sicut hospes vnius diei cito oblitioni traditꝰ. Hoc attēdens Job dicit. Memēto mei de⁹ qz vētus ē vita mea. Propterea ecclesia habitationē mūdi nō vitā. ḡ medi am vitā dicit exclamādo Media vita in morte sumus. Habitatio aūt supma ꝓpter vita dr ꝓpter ipsius eternitatem. q̄ caret mūdus. ⁊ felicitatem q̄ caret infernus. Un̄ ps. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe. in secula seculoꝝ. ec ce eternitas. laudabūt te. ecce felicitas. Hāc vitā beat⁹ bartholomeus ⁊ q̄libet sanct⁹ petijt a te ⁊ tribuisti ei dñe. Hec vita licet in multis cōsistat. sicut in corporis et aie glorificatōe. in loci amenitate. ⁊ in sanctoꝝ iocūditate. tn̄ sup oia complet in dei visiōe siue fruitiōe. Un̄ dñs in Jo. xvij. Hec est vita ēna vt cognoscāt te dñm ⁊ quē misisti ihesuz christū. De hac vita Aug⁹. O vita vitalis dulc̄ ⁊ amabilis. sp memorabilis. vbi nō est hostis impugnās. vbi nulla illecebra. ḡ summa ⁊ certa securitas. ⁊ secura trāquillitas. et tranq̄lla iocunditas et iocūda felicitas. et felix eternitas. et ēna beatitudo. et beata tui sine fine visio de⁹. ℣ Dz ad hāc supme habitationis felicitatez itineris inutil̄ difficultas. cū dicit dñs. Arta est via. Uia arta nō est aliud q̄ vita dura ⁊ laboriosa. Un̄ ysus. Ad vitā ducūt. ieiunia. pe

na.labores.eſuries.macies.t macerata caro. Vere arta ē via p quā chriſtus nō trāſiuit niſi poſt q̄draginta dierū ieiuniū t tandē p crucis extenſionē attenuatus.vbi intantū extēſus fuit t ſanguine minuī q̄ dinumerauerūt oīa oſſa eius. Oportebat eū chriſtuz pati. et ſic intrare i gloriā ſuā. Et certe chriſtus paſſus eſt p nobis vobis relinq̄ns exēplū vt ſeq̄mini veſtigia eī. Vñ pſ. Hec porta dñi.ſ.paſſio.t iuſti intrabūt p eā.ſequētes.ſ.veſtigia ſui ſaluatoris Vñ btūs bartholome? cui? hodie feſtiuitate letamur ppē porte arctitudinem pelle ppria depoſita intrauit ad vitam Legit eū pelle excoriat?. Itē btūs laurētius nō trāſiuit niſi prius pēnis tpalib? deplumat?.t tandem p ignis decoctionē attenuat?. Vñ iacobo t iohāni q̄ vitā illā eternā affectabāt. ß p portā intrare nolebāt ſed aliūde.dictum fuit. Neſcitis q̄d petatis. Unde ad portaz reduxit eos vt intraret dicēs. Calicē q̄ dē bibetis t̄c. ¶ Et q? via ē arta t difficilis ad vitā.adeo tercio innuit p uenientiū raritas.cū dic̄.t pauci inueniūt eā. Vere pauci.q? mlti vocati.pauci vō electi.et quare.q? lata eſt via q̄ ducit ad mortē.ſ.inferni.t multi beu vadūt p eā.ſicut dic̄ dñs. Uia lata ē &cupiſcētia.quā q̄ ſequit tēdit ad mortem. Uerſus. Ad mortē ducūt.mundana cupido libido. Carnis amor? gule. neq̄ cec? nota. O quot? q̄nq̄ p hāc viā gradiunt̄. Hec eſt via q̄ iuxta ſalomone videt hoi recta.nouiſſima aūt ei? ducunt ad mortē. Et vtinā ad mortē tpalē ſed ad mortē eternā. Et vt hāc mortē btūs bartholome? vitaret.latā viā q̄ duc̄ ad eā vitās.p artā viā cū paucis q̄ inueniunt eā peruenit ad vitā.ſ.ſupnā.quā oculus nō vidit. nec auris audiuit.nec i cor hois aſcēdit. Ad quā nos pducat.

De ſancto Auguſtino.

Sermo.CCLXVIII.

NOn eſt inuentus ſimilis illi.q̄ conſeruaret legē ex. ¶ Hec ẏba ſcripta Ecc̄.xliij.ad ẏmendationē abrae ẏuenīt btō auguſtino et merito.q? ſtatu ſuo ſtatū abrae exp̄ſit. In ſtatu laicor? p̄cepta ſeruando oblationes reddēdo.hoſpitalitatez exhibendo. Hec ad literam vera ſunt de abraam.t patent de beato Auguſtino Hec tria ſunt ſubſtantialia laicorum.

Itē in ſtatu religioſor? oīb? abrenūciādo. Gen̄.xij. Egredere de terra tua t cognatōe tua. Itē a carnalib? deſideriis p votū ẏtinētie circūcidēdo. Gen̄. xvij. Itē ꝑpriū filiū īmolādo.i.ꝑpriaz volūtatē abnegādo. Hec ſunt tria ſubſtātialia religionis. Itē in ſtatu p̄lator? ſe hūliando. Gen̄.xviij. poſtq̄ audiuit ſe p̄fem mltar? gentium futurū ſe puluerē t cinerē eſſe recognouit. Ec̄. xxxij. Rectorē te poſuerūt noli extolli Ecc̄l.iij. Quāto maior es hūlitate in oīb?. Itē p peccatorū? intercedendo Gen̄.xviij. Item munera ẏmendo Gen̄.xxij. Hec tria ſunt ſubſtātialia p̄lator?. Et q? btūs auguſtinus hec cum abrāā fideliter adimpleuit.merito illō q̄ ad laudē abrae p̄miſſuz ē ad laudē auguſtini etiā ꝑferam?. vt dicam?.non eſt inuentus ſimilis illi qui cōſeruaret legē excelſi. ¶ Et notādum triplicē eſſe legē excelſi quā beatus auguſtinus ẏſeruauit vicz legē amoris.veritatis t pietatis. De prima Leui.xix. In dextra eius ignea lex. Hāc ẏſeruauit ei firmiter adhērēdo.ſcīēs illō Ro. xiij. Qui diligit ꝓximū legē adimpleuit Et illud Jo. Qui nō diligit manet in morte. Itē ẏſeruauit legē ſcripturet euāgelice veritatis.de q̄ Ja.j. Si q̄s p ſpexerit in lege pfecte libertatis. Hanc ẏſeruauit.corde.ore t ope. Corde.ſ. in ea nocte meditādo t ſcrutādo. Unde de eo cāt̄ illud pſ. Lex dei ei? in corde ipſi?. Et certe btūs vir q̄ i lege dñi medit.ac noc. Vñ vt hoc poſſet facere Dauid.diuinū petebat auxiliuz. Da mihi īnāt intellectū t ſcrutabor legē tuaz in toto corde meo. Itē ẏſeruauit ore.ſi

delitē exponēdo. Ūñ de ipo cātat ecclia fidēl suq̄ quē ꝓsti. do. sup fa. tē. Itē vi rilitē defēdēdo. puer. xxix. Qui custodit legē btūs ē. Ūñ btūs bernñ. malleū hereticoꝝ eū vocat. Itē ꝓfuauit ope eā inteḡliter adiplēdo. ꝛ bñ. Nā q̄ totā legē ꝓf. offēdat añt ī vno fact⁹ ē oim reus. Itē ī scriptis mlt̄iplr redigēdo. Ūñ pt bñ illō. puer. xxij. dicere. Ecce deserui eā. s. legē triplr vicz exponēdo. Moralitē. anagogice. ꝛ allegorice. Itē ꝓf uauit legē pietatis miseris cōpatiēdo. ꝛ subuenīedo. de q̄ Bal. vj. Alt̄ alteri⁹ onera portate. ꝛsic adiplebitis legē christi. Sed heu modo pauci inuenīunt̄ qui has tres leges ꝓsequunt. Unō ysa. xxiij. cōquerit̄ dñs. Transgressi sunt legem meā: Sed certe in leges diuinas impie agere impune nō cedit.

De eodem.

Quasi stella matutina in medio nebule. De hoc si placet loqui Require in die bñ dñici confessoris.

De eod̄. Ser. CCLXIX.

Sint lūbi vestri p̄cincti ꝛ lucerne ardētes ī manib⁹ vr̄is ꝛ vos silēs hoīb⁹ expectātib⁹ dñm suū qñ reuertat̄ a nuptijs Lu. xij. ¶ In his v̄bis dñs hortat̄ nos ad oē bonū qđ fm triplicez statū agēdū. s. icipiētiū. ꝓficiētiū ꝛ pfectoꝝ Nā ad bonū icipiētiū qđ ꝓsistit ī ꝓcuisceniaꝝ restrictōe hortat̄. cū dic̄ Sint lūbi vr̄i p̄cincti. Ad bonū ꝓficiētiū qđ ꝓsistit in vtutū siue bonoꝝ aggregatōe hortat̄. cū dic̄. ꝛlu. ar. ī ma. vr̄is. Ad bonū ꝑfectoꝝ qđ ꝓsistit in desiderio future vite hortat̄. cū subdit. ꝛvos si. ho. expe. dñm. tē. Bonū ḡ incipiētiū est restringere ꝓcupiaz. ad quā restringendā vt dixi hortat̄ dicēs. Sint lū. vr̄i p. In lūbis ei sūt sordes ꝓcupie. Est aūt triplex ꝓcupia quā incipiētes si bonū volūt aggredi debēt restringere. vicz ꝓcupia carnal̄. ꝓcupia oc̄loꝝ. ꝛ ꝓcupia honoꝝ siue superbia vite. De q̄b⁹ tribꝰ dicit Jo. ī can. ij. oē qđ in mundo est. Ex superbia em̄ ꝛ auaricia ꝛ luxuria oia pcā pullulāt cū ꝓcupia coꝝ nō restringit̄. Ūñ incipiētes triplex cingulū dñt acq̄rere p pctoꝝ restrictōe. Primū cingulū est ꝓtinētie ꝑ ꝓcupiaz carnis. Ūñ greg. Lubos pcingim⁹ cū carnis luxuriā p cōtinentiā coartam⁹. Talit̄ se pcinxerat. de q̄ puer xxxj. Accinxit fortitudie lūbos suos. Scōm cingulū ē iusticie ꝑ ꝓcupiscētiā oc̄loꝝ. Justicia em̄ reddit vnicuiq̄ qđ suū ē. qđ auaricia tollit. Ūñ de viro iusto ꝺr ysa. xj. Et erit iusticia cīgulū lūboꝝ ei⁹. Tercū cingulū est fides ꝑ superbiā vite. Fides ei q̄ facit credere celestes honores. restringit ꝓcupiaz terrenoꝝ honorū. Ūñ de tali ꝺr ysa. xj. Et erit fides cinctoriū renū ei⁹. Quatr̄ ātē triplex cingulū incipiētes debēāt acq̄rere instruunt̄ a christo. helya ꝛ angelo. Christ⁹ em̄ vt ad cādorē castitatis informaret ñ alio q̄ linteo se p̄cinxit Jo. xj. Linū ei mlt̄is tūsiōib⁹ ad cādorē puenit. Sic ꝓtinētia carnis p vigilias et ieunia ꝛ alios labores acq̄rit̄ Hoc ē lūbare lineū qđ tubet̄ Dicit. possidē. xiij. qđ tñ ꝓputruit ī aḡs cufratis. qđ iterp̄ tat̄ frugifer. q̄ in abūdantia ꝛ delicijs mortua est Itez helyas vt ad ꝓtemptū ꝓcupie ꝛpalū reꝝ puocaret. pelliceo ei gulo utebat̄. ī quo notat̄ memoria nr̄e mortalitatis. Pelles ei a mortuis aialib⁹ detrahunt̄. Idē ē q̄ dñs ade ꝛ uxori e⁹ cū cēnt mortales fec̄ tūicas pelliceas in signū mortalitatis sue. Hoc mirabiliter restringit ꝓcupiaz oc̄loꝝ. i. auaricia. q̄ facile contēnit oia q̄ se cogitat mortuꝝ. Exēplū de quodā iuuene filio p̄cipis q̄ post̄q̄ clausū intrauerat. ꝛp̄r illud destruere vellet nisi exiret. q̄ adhuc iuuenis esset. Ille p̄r rñdit q̄ libēter exiret. dūmodo vnā cōsuetudinē in terra sua deleret. scilicet q̄ iuuenes non sic cito morerent vt senes. ꝛ tē. Itez āgel⁹ vt ad celestia inflāmaret aureo cingulo cinctus adparuit. Dañ. x. In auro amor

sapiētie.i.sapide scie'q est eternoꝝ desi-
gnat.p illā cm̄ fides acuit ⁊ pnīs vite
supbiā.q est in honoꝝ ꝯcupiscētia con
tēnit.qz q̄nto plus ds sapit celestia.tan
to minus inferioribus delectat. R

¶ Post restrictiōez ꝯcupiscētiaꝝ debet in
cipiēs pcedere ad bonum pficientium
qđ ꝯsistit in vtutū aggregatione.qđ in
nuit dns cū dicit.⁊ lucerne ardētes.Et
nō sine cā dicit pluraliter lucerne.qz tri
plex est lucerna quā pficiēs debet hre.
scz cordis q̄ est recta intētio.de q̄ Lu.xj.
Lucerna corpis tui ē ocul⁹ tuus.Item
oris q̄ est sacroꝝ vboꝝ pnūciatio.de q̄
ps.Lucerna pedib⁹ meis vbū tuū. Itē
opis q̄ est bonoꝝ opum multiplicatio
de q̄ hic.⁊ lucerne ardē.in ma.Et bene
dic ardentes.Multi cm̄ has hnt lucer
nas extinctas. Pro tāto q vult pficere
dz has accēdere triplici igne vt sint ar
dētes.Nā lucerna intentois dz accēdi
igne deuotōis.de quo Leui.vj.Ignis
in altari meo.i.in corde sp ardebit.quē
nutriet sacerdos.i.rō subiectēs ligna.i.
exēpla scōꝝ vt hñficia christi.q recogi
tata multū accendūt deuotionē.Itē lu
cerna sermonis dz accēdi igne zeli siue
emulatōis.de quo Ecc.xlvj.Surrexit
helyas q̄si ignis ⁊ vba eius q̄si facula.
Itē lucerna operatōis dz accēdi igne di
lectiōis vt sint opa caritate inflāmata.
de quo igne Math.x.Ignē veni mit
tere in terrā ⁊q̄d volo nisi vt ardeat.

¶ Post q̄ aūt pfecerit in vtutū aggre
gatiōe dz transire ad bonū pfectoꝝ qđ
ꝯsistit in future btitudinis expectatiōe
qđ innuit dns cū ꝯsequēt adiūgit.⁊ vos
sīles ho.ex do.suū q̄n reuer.a nup.In
q̄ expectatōe tria dns tāgit pfectis ne
cessaria.s.tps.modū.⁊ cām.Tēpus in
nuit vt scz expectēt lōganimes.Cū dic
vos sīles ho.ex do.s.q.re.hoc ē vsq; ad
mortis terminū.sic exponit greg.Itez
expectatōis modū tāgit.vt.s.expectent
solliciti.cū dicat.vt cū venerit ⁊ pulsaue
rit ꝯfestim aptent ei.Cū pfecti sp debēt
esse vigiles.Itē ponit expectatōis cāz
vt.s.pfecti expectēt letū.intuitu p̄mij.p
quo dicit.Amē dico vobis sup oīa bo
na sua ꝯstituet eū.Cui⁹ auctatis expo
sitionē Regre in sequēti sermone.

De eodem.

Sermo. CCLXX.

SErue bone ⁊ fide
lis.qz in pauca fuisti fidelis.
sup̄ multa te cōstituā.Hec ẏba
Math.xxv scripta ꝯcinnāt bto Augu
stino.In q̄b⁹ duo exprimunt.vicz ⁊ me
ritū vie.⁊ p̄miū p̄rie.Meritū cū dicit.
Serue bo.⁊ fi.Premiū vo cū subdit.
sup̄ multa te ꝯsti. ¶ Meritū aūt vie
bti augustini ppendit in triplici statu
suo in quo vixit.vicz in statu generali
quē.s.baptizat⁹ ꝯmunē habuit cū oīb⁹
fidelib⁹.In statu regulari.quē post mo
nasticā vitā agēs.ꝯmunē habuit cū re
gularib⁹.Itē in pastorali statu.quē p⁹
cēpus fact⁹ ꝯmunē habuit cū eccie pa
storib⁹.Scōm statū generalē dz seru⁹.
ſm statū regularē dz bon⁹.Sed ſm sta
tū pastoralē dz fidelis. Bñ aūt ſm
statū generalē dz seru⁹.An cm̄ q̄ sum⁹
in statu generali eccie quē nō itramus
nisi per ianuā baptismi deo meritoue
seruire nō possumus.Est cm̄ seruiēdū
deo sic dz in Luc.in scitate oīb⁹ diebus
Sz in sanctitate nō sum⁹ q̄diu sumus
in statu culpe.⁊ filij ire.In quo statu
fuit augustin⁹ m̄ltis annis.Ut ipse cō
q̄rit dicēs.Deflui ab sq; te.⁊ errauī de
us me⁹ nimis deuīas a stabilitate tua
in adolescētia mea.⁊ factus sum mihi
regio egestatis.Hoc ideo dicit.qz tunc
nil merēri potuit qz tūc nō fuit seruus
dei.sed seru⁹ pcti.et p cōsequēs seruus
diaboli.Sed hanc volens mutare cō
ditionē vt esset seruus christi.ad bapti
mū veniens.more omniū fideliū renū
ciauit pristine seruituti.videlicet diabo
lo et omnibus pompis eius.et bapti
zatus.factus est christi seru⁹.Et b est
quod cantat ecclesia.Tiue fidelissimū
de seruitute babilonis sibi redemit au
gustinū.vt.s.sibi fuiret fact⁹ christian⁹.

De scō Augustino.

In ꝟ statu generali' posit⁹ meruit vigl lys ⁊ ieiunijs ⁊ orōib⁹ vacās. scribēs li bros. ⁊ docēs indoctos. sic em̄ de ipso legit ⁊ cātat ꝙ tūc fecerit. Bñ etiā ōr bonus ꝑm statū regularē. Triplex em̄ bonū ē in quo cū aliqs cōsistit merito bon⁹ ōr. vicz bonū delectabile. vtile et honestū. quo triplici bono marie regu lares exercent. Nā bonū delectabile ē castitas. bonū vtile obediētia. bonum honestū pauptas. Bene castitas ōr bonū delectabile. qr q̄ pulcra sunt dele ctabilia sunt. Et o q̄ pulcra ē casta ge neratio cū claritate Sap. iij. Est autē castitas pulcra ⁊ delectabilis deo. ange lis ⁊ hoib⁹. Adapta. Bonū aūt vti le ē obediētia Nā ipsa ē q̄ facit regnū dei possidere. Unde et lucifer de celo ⁊ ada de paradiso ꝓpt̄ inobediētiā expulsi sunt. ⁊ christ⁹ ōr illud ꝙ obedientia posf fedisse. Phi. ij. Factꝰ obediēs. Et seqū tur. Propt̄ qđ deꝰ illū exaltauit. Bo nū aūt honestū ē pauptas. hāc em̄ con ditor oim sectat⁹ fuit. Nā sic dic apo. cū dues esset oim factꝰ ē egen⁹ ⁊ paup qñ. ſ. de paupe mſe natus. pannis vili bus inuolut⁹. in loco hūili ē repositus Ꝙ gloriosus ⁊ honest⁹ est ex ꝟ titul⁹ pauptatis. Hāc em̄ hō sectādo similis efficit̄ suo creatori. Hoc aūt triplex bonū beat⁹ Aug⁹. nō solū in se habuit sed etiā alios regularib⁹ disciplinis in struēs habere voluit ⁊ statuit. Un̄ in sua regula fere ꝙ oia de his tribus tra ctat. Quia g̃ ꝟ triplex bonū in se habu it. merito bon⁹ ōr Quātū aūt ad sta tū pastoralē bñ fidel⁹ ōr. fideliť em̄ sibi gregē ꝯmissum ꝙseruauit. Primo exē pla bone ꝙuersatōis oñendo. qr sicut Greg. dic. cū pastor ꝙ abrupta gradit necesse ē vt grex in p̄cipitū ferat. Itē fidelis fuit pascua vberrime p̄dicatōis impēdēdo. Hic ē em̄ fidelis ꝟu⁹ ⁊ pru dens quē ꝓstituit dñs sup fa. su. vt det illi tritici. nō ordei vel cuiuscūq; vilio ris mēsurā. Itē fidelis fuit a lupis. i. ab hereticis viriliter defendēdo. Unō beat⁹ Bern. ipm malleū hereticoꝝ vo cat. Sic g̃ ꝙ p̄dicta meritū vle exprimi tur. cū dic. Serue bone ⁊ fidel. Nā cō sequēter p̄mū subdit. cū dicit. sup mul. te ꝓsti. Nō p̄mū oñdit ꝙmēdabi le triplr. vicz qr sublime. cū dicit supra. multiformē. ꝙ quo dic. multa. ⁊ qr sta bile ꝙ quo dicit. ꝓstituā. Ostēdens g̃ p̄ mū sublime dicit sup. qr p̄mū non est tpale ꝟ celeste. q̄ em̄ videnť tpalia sunt Itē dicit multa. qr in paucis vexati in mltis bñ disponent. Magna em̄ mul titudo dulcedinis quā abscondit deꝰ ti mentib⁹ se. Itē dicit ꝓstituā. qr p̄miuꝫ est eternū ⁊ stabile. sic̄ ⁊ ipse dñs ē sta bilis ⁊ eternꝰ. Un̄ dicet ei. Intra i gau diū dñi tui. De quo gaudio ⁊ eternitate ipsi⁹ dicit Aug⁹. Quāta erit illa felici tas in q̄ nullū erit malū. nulluꝫ latebit bonū. vacabit̄ dei laudibus. q̄ erit oia in oib⁹. ipe finis ōsideri oꝝ nr̄oꝝ q̄ sine fine videbit̄. sine fastidio amabit̄. sine fatigatione laudabit̄. vacabim⁹ ⁊ vide bimus. videbimus ⁊ amabim⁹. amabi mus ⁊ laudabim⁹. nā quis alius noster finis. nisi puenire ad regnū cuius non est finis. Ad quod nos.

De eodem.

Sermo. CCLXXI.

Qui fecerit et do cuerit ⁊c. Mathei. v. Propter ꝟ doctor iste sāctus Aug⁹ cuius hodie festū celebram⁹ ma gnus est. qr fecit ⁊ docuit. vicz mādata diuina. fecit ope et docuit ore. Fecit bñ viuendo quod docuit bene loquendo. Fecit vtiq; ⁊ docuit exemplo summi do ctoris. de quo ōr Act̄. j. Cepit ihesus fa cere ⁊ docere. Magn⁹ inquā vocatus est sanctus Aug⁹ in celesti glia. qr ma gnus fuit in opatione virtuosa ⁊ in do ctrina sana. Primo g̃ magnus fuit in opatione virtuosa. Et ꝑm hanc ma gnitudinē potest ꝙpari illi magne ar bori. de qua legit̄ Danielis. iiij. Uide bā ⁊ ecce arbor in medio terre ⁊ altitu do eius nimia ⁊ pcritas ei⁹ ꝓtingens

celū.aspectus illius erat vsq; ad terminos vniuerse terre.folia ei⁹ pulcerrima et fructus ei⁹ nimius.t esca vniuersorū in ea.Subter eā habitabāt animalia t bestie.et in ramis eius cōuersabant volucres celi.t ex ea vescebat omnis caro. Magnitudo huius arboris attēdit in altitudine.t pceritas eius ptingebat celū.t in latitudine q; aspect⁹ eius vsq; ad terminos vniuerse terre.et etiā in pfunditate.q; oporteret eā pfunde radicatā esse q talē molem sustinere posset. Sic magnitudo bti augustini ꝓsiderat in pfunda soliditate humilitatis.in ampla latitudīe caritatis t in sublimi altitudine desiderij celestis. Primo magnitudo ipsius quā in pfundū habuit.cōsiderat in pfunda soliditate humilitatis. in q̄ ita radicat⁹ t fundat⁹ fuit q̄ omnia dona sibi a dño affluēter data sine detectōe venti superbie fortiter portare potuit. Un de ipso dici potest illō ps. Et erit tanq̄ lignū qđ plātatū.est.vel qđ radicauit secus decursus aq̄rū.tc. vsq; psperabunt.q; opa sua in humilitate fecit. Non sic est de quibusdam qui dona dei in humilitate portare nescunt.sed statim superbie vēto deijciunt. De q̄bus subditur. Nō sic impij nō sic.sed tanq̄ pul.tc. Sed sanct⁹ augustinus opa dona dei humiliter portauit.t ideo semp recipe paratus fuit.q; magnus in humilitate fuit. Scōo magnitudo ipsius quā in latitudine habuit ꝓsiderat in amplitudine caritatis. quā in opib⁹ misericordie multū extēdit.sicut scriptū est. Latū mandatū tuū nimis. Nā quantū potest hō alijs pdesse.tantū debet mandata caritatis ampliare. Sic tobias filiū suum docuit. Si multū tibi fuerit.tc. Sic beatus Augustinus opaupes sp memor erat.eisq; ex his q̄ habere poterat liberaliter exhibebat. Nā et de vasis dñicis pter paupes et captiuos aliqñ vidēbat frangi et conflari et indigentib⁹ dispēsari. Thesaur⁹ aūt sapie. qui etiā distributus in ptes recipit incrementa in quo ipse nimiū locuples fuit.tam lōge diffudit q̄ de eo digne t ppie cant̄ Iste est q̄ ante deū m.tc. Unde dicit de ipso beatus Remigius. Iste tanta scripsit vt nō solū diebus ac noctibus scribere libros eius quis nō posset sed nec legere q̄dem occurrit. Unde ipse de sapientia loquens dicere potuit Quā sine fictione didici et sine inuidia cōmunico t homine illā non abs. In fi.enim est th̄.homibus.quo qui vsi sunt pti.facti sunt a.dī. Et hoc vere est.quia sicut dicit in codē libro Nemine diligit dominus nisi q̄ cum sapientia inhabitat. Un beato Augustino t oib⁹ doctorib⁹ grates referre debemus.q; docuerunt nos discernere inter bonū t malum.t malo ꝓcepto eligere bonū.q; sine hac sapientia nemine diligit de⁹. Tercio cōsiderat magnitudo ipsi⁹ in sublimi altitudine desiderij celestis. Un displicebat.et quicq̄d ag.in se pred.d.t de.d.tē Unde etiam possessionez nunq̄ emere et multas hereditates sibi dimissas respuit. In possessionibus quoq; ecclesie intentus amore.vel implicatus animo non erat. Fabricaz q̄ nouaz nunq̄ studiū habuit.volēs animū suū semp habere libez ab oīi molestia corpali.vt libere posset vacare continue lectioni t assidue meditationi. Unde t dicere potuit. Nostra cōuersatio in celis ē. Unō etiā aliqñ ad secreta dei prompt⁹ fuit. Sic dic de muliere que a q̄busdaz iniurijs patiens ad eū accessit vt super hoc eius consiliū implorare.t. Unde ꝑ quō fuit magnus in opatione virtuosa.

Secundo magnus fuit in doctrina sana.intantū etiā q̄ omnes doctores excellit. Un beatus Remigius Hieronimū et quosdam alios doctores ꝓmemoratis sic cōcludit. Hos oēs Aug⁹ in genio t scientia sua vicit. Berñ. q̄ sic de eo scribit. Augustinus hic est validissimus malleus hereticoz. Item alius.s.volusianus dicit. Hoc legi deo dec est.quicquid augustinū cōtigerit ignorare. Imo inter q̄tuor excellentiores ipe excellit. Nā si q̄tuor istos. Augustinū

Gregoriū. Ambrosiū. Hieronimum. q̃uoꝝ alios vt sanctos euāgelistas cōpare vellemus. Aug⁹. similitudinez aquile, ppter excellentiā obtineret. sicut ipsoꝝ vnus sez hieronimus in libro de duodecim doctoribus cōfitetur dicens Aug⁹ eos volās p̄ montiū cacumina q̃si aquila. ꝛ ea que sunt in montiū radicib⁹ non considerans. multa celoꝝ spacia. terrarūq; situs ꝛ aquaꝝ circulū claro sermone pnūciat. Vides nunc q̄ ad similitudinē aquile oēs alios trāscēdit sicut ipsem et pfitet̄. Dicit nāq; ambroꝝ suus. Magnificentiā tuā in mortificatione augustini adoramus. tua in oībus vtute opante. vt nullis promissis blandimentoꝝ fallaciū vir tuo ignitus spū vinceret̄. q̄ eū ita oī genere pietatis imbueras. vt ipse tibi ara ꝛ sacrificiū ꝛ sacerdos esset ꝛ templū. Greg. q̄ in epistola ad innocētiū affrice pfectuz de eius libris sic ait. Q⁹ expositionem sancti iob vobis trāsmitti voluistis vestro studio gaudemus. sed si delicioso cupitis pabulo saginari. bti Augustini patriote vr̄i opuscula legite. ꝛ ad similitudinē illi⁹ similagines nr̄m furfurē nō queratis. Deniq; in q̃nta eū reuerentia ꝛ dilectione hieronim⁹ habuerit patet in eplis. In q̃ vna sic dicit. Dño sancto ꝛ btissimo pri augustino. Hiero⁹. Omn̄i q̄dē tpe btitudinē tuā eo quo decet honore veneraꝝ sū. et habitantē i te dulcē dn̄m saluatorē. q̄ si nūc fieri cumulo aliq̄d addim⁹ et plena cōplegius. vt absq; nois tui mētione nec vnā q̄dē horā p̄terire patiamur. Itē in eadē epla scribens augustinus ait. Duo bus libellis tuis eruditissimis ꝛ oī elo quēne splēdore fulgētib⁹ rūdere ñ potui. Certe q̄q̄d dicā pokat vl assumi ingenio ꝛ scripturaꝝ hauriri fontib⁹. a te positū atq; disertū est. Sz q̃so reuerētia tua parūp patiaris me tuū laudare ingentū. Ecce quō oēs ipm maiorē se cōfitent̄. Dic etiā remigi⁹ q̄ iste excellit oēs doctoꝝ sic̄ sol stellas. Vñ alij cō parāt̄ stellis Dan̄. xij. Qui ad iusticiam eru. mul. q̃ st. hic aūt opaꝝ soli. sic̄ patz in epla q̄ de eo legit̄. q̃ sol refulsit. sic ille refulsit in t. dei. Q Tercio magn⁹ē in celesti glia. Vñ dic̄ dn̄s. Qui fecerit et docuerit h̄ m. vo. tē. Et sic posz dicere in opatiuo. q̄ magis fecerit ꝛ docuerit maior vocabit̄. ꝛ in suplatiuo q̄ maxie fecerit ꝛ maxime docuerit maxim⁹ vocabit̄. Nō tñ p̄ferē vel equaē aplis in doctria vel in glia. q̃ illi sūt primitiui ꝛ veri riui. veri fontes ꝑ post eos in secunda gr̄a vbi dei dispēdēdi prim⁹ refulsit. Et p̄m hāc magnitudinē doctrinaꝝ ꝛ actiā opationū in mōdo. accepit cumulū glie in celo Rogemus dn̄m.

In decollatione. b. Johannis bap. Ser. CCLXXII.

IUstus ineternū nō cōmouebit̄. impij aūt non inhabitabūt terrā. puer. x. Q In his vbis hodierne eple exprimitur stat⁹ iohānis p̄cursoris. ꝛ status ei⁹ pfecutoꝝ. Status iohannis duplex vicz gr̄e. cū dicit. Justus. ꝛ glorie. cum subdit̄ ineternū nō cōmouebit̄. Perse cutoꝝ etiā dupler culpe. s. cū dicunt̄ impij. et pene. cum dicit̄ non inhabitabūt terrā. Ratione ergo status gratie iustus dicitur Johannes. et bene. Habebat enim ea que hominē faciūt iustuz. q̄ sunt virginitas. Vñ ps. Justus germinabit sicut lilium. Quod ei bene cōuenit qui in se candorem lilij habuit. qz ꝓpositum habuit ꝓpetuo cōtinendi Itez fides. Vñ Ro. iij. Credidit abraam et reputatū est illi ad iusticiam. Et abac̄. ij. Justus meus ex fide viuit. Sz q̄s magis credidit q̄ Johānes qui digito saluatorē demōstrauit. Item fortitudo ꝓuer. xxiij. Justus quasi leo confidit. Nullum em̄ terroꝝ habuit regē herodē increpādo. Vñ thelye cōpat̄. Lu. j. q̄ reges dure increpare cōsueuerat. Et hic iustus ineternuz nō cōmouebitur. vbi innuitur status glorie quem nunc est assecutus. ineternuz em̄

non cōmouebit.qs̄ non contingit nisi in statu glorie. Hic cū cūcti dies dolorib⁹ pleni sunt.ꝫ ibi cū reḡes pacifica.reḡes opulēta.ꝛ reḡes ēterna. Hanc triplicē requiē ꝓmisit dñs fidelib⁹ suis.ysa. xxxij. Sedebit in ḡt pplus me⁹ in pulcritudine pacis.qz sine pturbatione.in reḡe opulēta.qz sine defectōe.in tabernaculis fiducie qz sine amissiōe. Hanc qz iohānes ē assecut⁹ meritū non ꝓmouebit. ¶ Stat⁹ aūt psecutox exprimit et prio culpe cū dicunt impij. Tres cū psone ꝛcurrūt ad ipsi⁹ psecutionē. scz herodis.vxoris ꝛ filie.q̄ bñ dicunt impij.qz ocs impietatē in iohānē exercuerūt ꝛmultiplicē. Prima fuit celebritas natalicij dieī.q̄ fuit i culpa ad miscōiaz cū potius deberet esse memor dieī mortis.iuxta illō Eccl.vij. Memorare nouissima t.rē. Ūñ Hiero. dicit nullū alium celebrasse diem natiuitatis sue nisi pharaonē ꝛ herodē.vt quox vna erat impietas vna esset solēnitas. ꝫ talis solennitas cito defecit.qz ipsis mortuis nun q̄ celebrata ē.ps̄. Perijt memoria eox cū sonitu. Itē alia herodis ipietas q̄ eū quē sanctū sciebat tenuit in carcere vinxit.caput amputari p̄cepit. De hac ipietate ꝓuer.xij. Nō roborabit hō ex impietate. Multi cū faciūt occidi inimicos vt ḡcti⁹ viuāt. Ꝺz sanguis abel clamauit ad dñm.vindictā postulans. Tales homicide vix vn q̄ sunt securi. Ad qō signanduz posuit dñs tremorē in capite cayn. Filie impietas fuit captatio benuolētie ex saltatione.de q̄ Crisꝫ. Ubi est saltatio ibi est diabol⁹ necꝫ cū deus dedit nobis pedes vt cū camelis saltem⁹ ꝫ cū angelis chox faciam⁹. Ūñ hiere.ix. Docete filias vras lamentū. Itē matris et filie impietas fuit.qz mr̄ p decollatōne capitis iobis cōsuluit ꝛ filia ℔ poposcit.et reddit rōnē. Hiero. Quia optabat linguā habere i potestate q̄ eos arguebat. De hac ipietate Sap.ij. Dixerunt impij opprimamus virū iustū qm̄ ꝺtrari⁹ est opib⁹ vestris. Sed pena eox subdit.qz nō inhabitabunt terrā.terrā vel̄ꝫ viuentium.de q̄ ps̄. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Sed inhabitabūt terrā miserie et tenebraꝝ.vbi vmbra mortis ꝛ nullus ordo. De qua materia si placet loqui quere in ascensione.

De eodem.

Sermo. CCLXXIII.

Misit herodes ac tenuit iohānē. Mar.vj. Quatuor in hoc euāgelio p̄cipaliter tanguntur. Primo iniuria iohānis ab herode illata tangitur.cum dicit Misit herodes. Scdo sanctitas iohannis maxima.ibi Herodes metuebat iohannē sciēs eū virū sanctū. Tercio herodis ō iohannē machinatio puersa. ibi.cū dies optim⁹ ꝛē. Quarto iohannis passio gl̄iosa.ibi.misso spiculatore ꝛē. ¶ Primo q̄ tangit iniuria iohānis. et hec triplex.p̄ria captiuatio. scda vinculatio.tercia incarceratio. Ex captiuatiōe sequit ꝺfusio.ex vinculatōe afflictio fusio potat eē iohāni cū ab herodiāis capt⁹ duceret vilit. Ūñ de ipo illō Ecc. xlix pōt exponi. Male tractauerūt cuz q̄ ab vro scificat⁹ ē ppha. Nō notāt cū dicit euāgelista. Misit hodes ꝛ tenuit iohānē.nec solū tenuit ꝫ etiā vinxit ad maiorē afflictionē.ꝛnō solū vinxit sed etiā posuit in carcerē ad maiorez desolationē.vt ibi hūano solatio priuaret. Et licet herodes intēderet iniuriā tm ferret.hāc tñ iohānes non reputabat. Nō cū ꝺfundebat ex captiōe.nō affligebat ex vinculatiōe.nō desolabat ex incarceratiōe. Moze scox q̄ talia appetūt. Desiderant cū esse int̄ honores ne honore.int̄ voluptates sine iocunditate.inter seculi gaudia sine ꝺsolatōne fugiūt cū honores ne p fuphiā ruāt. respuūt voluptates ne effluāt.oduūt seculi gaudia ne cū eis nesciāt. Ūñ de moyse Heb.xj. Grandis effect⁹ negauit se filiū filie pharaonis.ecce ꝺtēpt⁹ hono

Decollatio.ſ.io.bap̃.

LEgitur i vitis patrū. q̄ dū abbas Macharius ambularet p̄ heremū iuenit caput quoddā hois. Dō cū tangeret vga sua. locutū est dicens interrogāti. q̄ fuerat sacerdos gentiliū q̄ manserant in loco isto. Et inter alia dixit. q̄ tantum distabat celum a terra tantū habebant ō ignes inferni sup capita sua. & sub pedibus suis. & q̄ tantū sub eis erant hoies xp̄iani. vel qui deum negauerāt. ve mādatis eius nō obedierant. Dicitur q̄ quidam magister singulis annis ꝓsuescerat magnuz festum facere in die sancti bartholomei patroni sui. mltos inuitando celebrādo. p̄dicando. Cūq̄ p̄dicaret intrauit dyabolus in specie cuiusdā speciosissime & ornatissime dñe. & sedit ante oculos dicti magri. qui in eā oculos iniecit. & finito sermone eā vocari fecit & inuitauit. Et dum essent in mēsa & illa multū videret allicere magistrum in amorē suū beatus bartholomeus stans in porta in specie pegrini rogabat vt amore sancti intromitteret. Dō cum nō fieret dña dissuadente. sed cū panis ei mitteret. panē renuit. & rogauit q̄ magister diceret ei saltē p̄ nunciū quid esset maxime ꝓpriū hois. Respondit magister. q̄ risibile. Dicit dña q̄ nō. imo peccatū cū quo hō ꝓcipitur. nascitur & viuit. Rñdit btūs bartholomeus q̄ bene dixerat magister. sed melius dña. Ad questionē secundā. scz q̄s esset locus vnius pedis vbi dñs in terra plura fecisset mirabilia. Rñdit mgr q̄ locus in quo posita fuit crux xp̄i. q̄n do dñs opatus est salutez in medio terre. Sed dña dixit q̄ nō sed caput hois in quo quasi minor mūdus est. Apparebat beatus bartholomeus dñe sniam. sed tertiā questionē. s. q̄tum esset a summo celi vsq̄ ad fundū inferni. Tunc cū magister hesitaret dicēs se nescire. Respondit dña. Ego modo bene video q̄ ꝓcipitor. & ego bene hoc noui. qui de altero ad alterū descendi. & hoc oportet q̄ tibi nunc ostendam. Tunc dyabolus cū maximo sonitu & eiulatu ꝓcipitauit se in abyssum. Et cū quererent peregri nū nō inuenerūt. Greg. in dyal. xxx. dicit q̄ quidam sanctus solitarius retulit quibusdam romanis nauiganti bus ad insulam in qua erat. morte theodorici regis pessimi. & q̄ viderat eum duci discinctū & discalciatū vinctis manibus & p̄ici in ollam vulcani a iohanne papa quē in custodia carceris affligendo occiderat. & simaco patricio quē iniuste ferro trucidauit. In vitis patrum. Quidam quesiuit a quodā sene quid faceret quia p̄ accidia nō poterat morari in cella sua. Iste rñdit. q̄ si cogitaret de vermibus & penis inferni. si haberet ibi vermes vsq̄ ad collum pacifice sustineret. Quidaz vidit in inferno quendā vsurarium sepultum in flāmis. & cū aia filij mortui deportaret ibi. pater hoc vidēs eiulando clamabat. Maledicta sit hora fili i qua te genui. & tu sis maledictus. quia ꝓpter te feci mala. ꝓpē que hic crucior. Econtra filius rñdebat cū maledictuz esse & horam maledictā in qua fuerat factus pater su⁹. quia ipm̄ docuerat fenerari & alienū ei reliquerat. ꝓpter qō imꝑpetuum torqueret. In vitis patrū dicit. q̄ ꝙgregati patres rogauerūt btm̄ arsenium. vt diceret verbū edificatiōis. Qui fleuit dicens. Producant oculi nostri lachrymas. & cōburant coram porta nostra hic. ne cōburanē in futuro

Item ibidē. Quidā senex migrauerat

post redȝt. qui ꝛ fleuit inconsolabiliter dicens se audiuisse voces innūeras dicentes frequenter. Ve mihi. ve mihi. quia nō fleui. ¶ Cum quidam rusticus diceret cuidam fratri predicanti de penis inferni ꝙ maledictus esset ꝙ crederet ei. cum ipe nō fuisset ibi. respōdit frater. O rustice si aliȝs inde egrederetur etiam vnicus qui denunciaret tibi penas inferni. tu nūꝙ decetero. vt timeres. vel in deū crederes. vel a malo cessares. quia semp crederes. ꝙ sicut ille exiuisset ꝙ tu posses egredi inde. ꝑ modo debes timere baratrū ita ꝓfundum ꝛ artum ꝙ nullus possit inde ascēdere. artum ꝙ nullus possit egredi. clausum ꝙ nullus potest exire. custoditum ꝙ nullus potest euadere. debes ne ibi venias sup oīa timere ꝛ cauere. male crederes de hoc alīȝ qui de hoc non credis deo ꝛ ꝓphetis. ¶ Item aliud exemplū legitur in libro petri cluniaceñ. Ait enī ꝙ in pago pictauie apud lizmiacum fuit quidā sacerdos multorū victoꝝ seruus. ꝙ familiar erat priorꝭ bone vallis cisterciēn. ordinis. qui frequenter eum monebat vt vitam corrigeret. ꝛ secko abrenūciaret. Qui ꝓmittebat se hoc aliquando factuꝝ. Qui subito grauiter egrotans mittit ꝑ dicto priore. Qui admonitus ab eo nolebat complere. ꝓmissum. sed differebat. Qui subito clamauit. Pater ora ꝓ me. quia ecce duo vsi ventūt ad deorandū me. Qui ad orationē dicti prioris ꝛ socioꝝ dixit se esse liberatū. Nec sic liberatus ꝛ admonitus statim mutauit. Et tunc subito fortꝰ icepit clamare. Ecce ignis occupat me ad deorandum. ꝛ petebat orari ꝑ se. ꝛ opponebat cooperiorium suū igni. Similiter ꝛ tunc liberatus ē ꝑ oronē nec tunc se correxit. nec ꝓmissū complere voluit. Tunc factus ac si expergefactus rapitur ad dei iudiciū. audit ibi sententiam cōtra se de malis suis. redit refert visa ꝛ audito. ꝛ spem salutis ꝛaz ab eo ꝑciosam. ꝛ ecce ait duo demōes affuerunt. portantes vnam maximam sartaginem vt frigar in ea ineternū. et sciatis inquit ꝙ nō insanio quia hec ē cuculla ꝛ hec lintheamina. Quod dū diceret gutta vna fixure cecidit sup manū egri ꝛ deuorauit eam vsqꝫ ossa oīmibus vendentibus. ꝛ ait. Ecce nunc credite. ecce nunc demones ꝓiciūt me in sartaginem. Et hec dicens expirauit. Vulnus autem patebat etiam post sepulturam. ¶ Legitur in vita beati Nicolai. ꝙ cū quidam peregrini visitarent ꝑ mare ecclesiam beati nicolai. apparuit dyabolus in littore marꝭ in specie magne dñe dicens. ꝙ volebat facere illam peregrinationē. ꝛ limire sepulcrum ꝛ ecclesiam beati nicolai quodaz speciosissimo ꝛ fragrantissimo vguento. quod emerat ꝛ secum in pixide ferebat. que rogauit eos vt ipsi vnguentuz ferrent. ꝛ hoc ꝑ ipsa facerent. quia habebat impedimentum. nec poterat vltra ire. Qui cū acquieuissent apparuit beatus nicolaus dicens illud esse oleū inferni. ꝛ ꝙ aperta pixide ꝓicerent in mare. Quod ꝓtinus omnes aquas maris quas tangebat succendebat. ¶ In vitis patꝝ. Quidam venientes ad ꝓfundum heremū. inuenientesqꝫ quēdam senem ibi asperrimā vitam gerentem vel agentem. cū quererent ab eo q̄re ibi morarē tantū laborem sustinēs respondit. Totus labor vite mee quem hic sustineo nō est idoneus comparari ad vnam diem tormentoꝝ que peccatoribus in futuro seculo ꝓparant. ¶ Item ad hoc pertinet ꝙ Greg. dicit dyal. xxxiij. de petro heremita cuz esset secularꝭ mortuꝰ vidit iferni supplicia ꝛ innūerabilia flāmarum loca. ꝛ multos huius seculi potentes vidit ibi suspensos. Et cuz deberet ibi mergi in flāmas quidam chorus habitus apparens subito hoc ꝓhibuit dicens. Egredere et qualiter tibi post hꝫ viuendū sit cautissime attende. Qui resurgēs hec narrauit ꝛ tanta postmodū se afflixit penitētia. vt si lingua taceret penitentia eius hoc clamaret ꝛ ꝙuersatio. ¶ In vitis

parum legit q̄ quidaz iuuenes miserūt meretricem quādam ad quendā solitariū.que asserebat.eis q̄ faceret cū peccare secū. Que venit ad cellam eius dicens se errabundā.supplicans vt intromitteret eā in domū suā ne extra more ret frigore.vl occideret a bestijs. Q̄ fecit ad vltimū motus pietate. Et cum illa multū sollicitaret cū se nudans ad ignē.t verbis similiter t signis.t ille fugeret ad interiora celle ad orationem. sentiēs motus digitos cōburebat suos ad lucernā dicens intra se. Miser si cū ista peccauero.ignem inferni quō sustinere potero.qui hunc sustinere nō possum. Et hoc fecit totiens in nocte quotiens insurgebat tēptatio.vsq̄quo manū quasi totā combussit. Iuuenes autē irruentes inuenerūt illam miserā mortuā.t heremitam habentem manus cōbustas. Ad cuius p̄ces eam dñs suscitauit. Que dicebat q̄ viderat flāmā a sūmo celo vsq̄ ad terram durantē in qua debebat p̄nci. ¶ Fuit quidam fenerator quē cū moueret suus sacerdos ad penitentiā semp dicebat. Bene adhuc faciam.quia satis est adhuc de tpe Similiter in infirmitate.bñ adhuc faciam dicebat. Et cum improbe instaret sacerdos videns periculum ille subito rapit quasi mortuus. Et cū rediret statim.t adhuc instaret sacerdos. clamauit eger. O penitentia vbi es.decetero penitere nō valeo.hoc iudicāte q̄ iuste iudicat.quia dū facere penitentiam potui.nolui. Et hec dicens mortuus est.

¶ In passione beati bartholomei legit̄ q̄ angelus volens ostendere diabolū illis quibus beatus bartholomeus p̄dicauerat. p̄cepit eis in frontibus fieri signū crucis.t tunc ostendit eis gentē maurū nigriorem fuligine.facie acuta.barba p̄lixa.crinibus vsq̄ ad pedes p̄tēsis.de oculis igneas scintillas emittentē.ex ore t naribus sulphureū ignem spirantē.vinctis retro manib?.

¶ Item greḡ.dyal.xl.dicit de crisaurio.q̄ cū infirmaret vidit multitudinē demonū horribiliū.t cum clamaret inducias vsq̄ mane.t se huc illucq̄ verteret.ne eos videret.nec posset eos nō videre.in terrore illo mortuus ē.

¶ In dyal.xl.exemplū de theodoro et de monacho guloso. q̄ videbat valde religiosus t abstinens.sed comedebat in occulto'qui in fine hoc clamauit.t q̄ dyabolus absorberet aiam eius vt draco.t pedes ei? t genua tā ligauerat.et aiam eius absorbebat.os suum hñs in ore suo. Hoc dicens mortuus est.

¶ Exemplū in dyalogo de stephano p̄sbytero.Qui cū diceret mancipio suo. veni dyabole discalcia me.statim affuit dyabol? discalciās eū. ¶ Cū admiraret q̄dam sanctus demonē qui mirabiliter affligebat quendā arreptū.vt diceret quō vocaret.dixit.q̄ mille artifex eo q̄ haberet infinitos modos fallēdi t nocendi. Job.xx.¶ Pluet sup eos belum t̄ē. Ideo in Apoc.xij. draco dicit habere septem capita t decem cornua Ideo in vitis patrum sub specie diuersaz ferarz btō anthonio apparebat. vñ aliqñ fingebat dyabolus leonū rugire aliqñ sibilos serpentū.vt sic eū ab heremo fugaret. ¶ Item dyal.iij. Greḡ.dicit.q̄ cū dacius mediol.ep̄us chorintū aduentret intrauit domū quā multis annis demones inhabitantes inhabitabilē reddiderant. Et cū vellet ibidē nocte quiescere.cepit audire magnis clamoribꝰ rugitus leonū.balatus pecoꝝ sibilos serpentū.ruditus asinoꝝ p̄coꝝ t soricū.t hmōi. Tunc ep̄s air. Bene tibi otigit miser.tu es ille q̄ dixisti. Ponā t̄ē.ero silis altissimo.ecce per supbiam tuā his bestijs silis factus es. Ad hꝰ ḡsi erubescens diabolus recessit.

¶ In dyal.liij.de valerio cui ep̄s beryē.p̄cio accepto in ecclia sua locum sepulture dedit.q̄ vsq̄ ad decrepitā etatē fuerat leuis t lubricus. Nocte cadē q̄ sepultus est beatus faustinus martyr apparuit custodi diecs.q̄ diceret ep̄o vt carnes fetidas quas in ecclia posuerat inde remoueret.qō nisi faceret die tri-

cesima moreret. ℳ custos bis amonitus timuit ep̃o dicere. Eps die tricesimo incolumis ad lectū rediens. subita ⁊ improuisa morte defunctus est. ✠

¶ Item dyal'. lv. De valentino mediolanen̄. occupato cunctis leuitatibus ⁊ lubrico apud ianuam in ecclesia beati syri martyris sepulto in qua custodes ecclesie ipsius voces audierūt. ac si aliquis violenter ab ecclesia repelleretur. Qui surgentes viderūt duos termios spūs dictum valentinū ligatū p pedes ab ecclesia eiciētes clamantē nimis ac vociferantē. ℳane aūt facto in sepulcro suo nō est inuētus. sed extra in alio ligatis adhuc pedibus vt fuerat eiect? Ibi greg̃. dixit. ℳi quos peccata gula deprimūt. si in sacro loco sepeliri facūt restat vt etiā de sua p̃sumptōe iudicent̄

¶ Item dyal'. lvj. de tinctuario sepulto in ecclesia ianuarij martyris rome iux̄ portam beati laurentij. a cuius sepultura audiunt media nocte voces exire. ardeo ardeo. Cū vxor eius h̄ audiens fecisset sepulcrū aperiri. vestimenta intacta reperierūt. corpus aūt oīno nō inuenerūt ac si nō fuisset ibi sepultū. ¶ Dicit̄ p cū q̃dam magnus feneratoꝛ instātia amicoꝝ ⁊ spe cōmodi tpalis in claustro quoꝛūdam mōachoꝝ sepultus esset. nocte sepulcro exiens. clamādo ⁊ eiulando domū discoopiebat monachos petiebat. ⁊ in mane extra cimiterū inuentus est. ⁊ adhuc in sepulcro suo corpus eius repositū est. Cūq̃ pluries h̄ fecisset aduratus est a quodā bono viro q̃ diceret ei quō ⁊ monachi ⁊ ipse quiet em h̄rent. ait. Ego ⁊ si alij quiescere posset in inferno q̃escere nō possum. qꝛ exercu pcm̄ vsure. a quo nullo die ac nocte q̃escere nō possum. ⁊ vos si q̃escere vultis a loco reqetionis ⁊ sepulture me pjcite. ℳō cum factū est nō est postea auditus. ¶ Dr̄ q̃dā nigromāticus habebat discipulum qui p̃mittebat ei multa bona cūq̃ vellet experiri vtrū ita faceret. fecit ei p̃ incarnatiōz videri q̃ eligeret in ip̃atoꝛē ꝯstantinopol'. ⁊ q̃ ad eū venirent p̃mo nūcij. post milites eū rapientes ⁊ impatoꝛē facientes eū. ⁊ homagia ſ̄ray suay Cūq̃ multe terre obuenirēt ei q̃ nō habebant dnos. vt videbat ei. rogauit eū magister suus vt recordaretur p̃missi dans ei aliquā terray illay. Cunq̃ ille diceret se nescire quis esset. intulit. Ego sum ille qui vobis dedi hec oīa. ⁊ vobis hec aufero. Et exufflata incantatione ipse mouit se pauperez. Sic facit x̄ps diuitibus. Job. xxvij. Diues aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet. ps̄. Dormierūt somnū suū ⁊ nihil inuenerunt.

¶ In vitis patrū legit̄ q̃ multū duo fratres temptati ad seculū euntes ꝓtraxerūt. ⁊ post admonitē dixerunt ℳ p modica illa delectatiōe haberēt tormenta eterna. qui vitam dimiserant angelicā. ⁊ sic redierūt ad heremū veniam petentes. ⁊ ꝓfitentes pecc̄atum: quos equalis corpulentie patres inclusērūt in equalibus locis. ⁊ equalez eis dabant victus portionē. ¶ Post annum eos cōsiderantes viderunt alterū macilentissimū ⁊ pallidum. ⁊ alium ecōuerso se habentē. ¶ Primus req̃situs dixit. q̃ hoc ideo erat qꝛ semp cogitauerat de penis eternis quas meruerat p̃p̃ peccata sua. rogans vt dimitterent̄ ei. Alt̄ q̃ cogitauerat de misericordia dei. ⁊ delectabat in h̄. Et iudicauerūt p̃es eq̃lem eoꝝ penitentiā apud deū. Item cū parisius quidam diues pinguis obuū haberet quendam scolarem pallidu ⁊ macilentū. dixit ei. Dñe clerice vos videmini venire de inferno. Qui rñdit. Et vos videmini habere facē cunctis illuc. ℬ ¶ In vitis patꝝ dr̄ q̃ q̃dam iuuenis temptatus querebat cōsilium a sene quō eum eusderet temptationem. cui ille dixit. q̃ faceret sicut nutrix que cū vult separe puerū ab vbere. ponit desup aliquod amarū. qō sentiens puer. refugit. sic tu tēptationē amaritudine inferni. ¶ Dicit̄ in vitis patrū de eo qui temptatus ad solē nudus

se ponebat. querens quō sustinere pos
set inferni ignez. qui nō poterat solem
sustinere. ¶ Greg. dyal. xxvij.
dicit. ꝙ stephanus illustris roman⁹ apō
cōstantinopolim defunctus est. Jn ma
ne cum deberet findi ⁊ conderi surrexit
multa se vidisse retulit de inferni locis.
que prius nō crediderat. sed iudex cum
esset ei oblatus dixit. nō hūc sed stepha
nū ferrariū voluisse qui erat iuxta eū q̄
isto reducto mortuus est. prior autē ste
phanus vixit diu. sed vt opus ei fuisset
vitam nō correxit. Vic aūt in peste vi
bis in qua visibiliter sagitte vise sūt de
celo venire occisus est. quē quidam mi
les mortuus. ⁊ resuscitatus vidit labi a
ponte. ⁊ a demōibus trahi inferius. vt
supra dictum est. ¶ Jn legenda
beati iohānis euāgeliste legitur ꝙ cuz
quidam mundū cōtemnentes ad p̄dica
trionē beati iohānis. aurum ⁊ gēmas
vendidissent. ⁊ paupibus dedissent. vi
dētes postmodū se paupes ⁊ abiectos
⁊ seruos suos magnos effectos in hoc
mūdo. deb⁹ ꝙ fecerūt peniteret. beatus
iohānes quēdam iuuenē qui mortuus
efferebatur suscitasset. ⁊ ille eis referret
que p̄mia amiserant ⁊ gaudia. ⁊ q̄ sup
plicia eis parata erant. ex eo ꝙ ad vo
mitū redissent. ⁊ quō beatos angelos
ō sua ruina flere faciebāt. ⁊ malos gau
dere. illi redditis gēmis ⁊ auro. se ⁊ mū
dum postmodū ꝓpter dñm ꝓtempserit
¶ Legitur in vitis patz ꝙ quedā
puella patrē habuit religiosum valde
⁊ timentē. ⁊ amantē deū ⁊ matrem lu
xuriosam ⁊ inhonestaz. Jsta aūt bone
idolis patrē imitabat. Pater aūt eius
graui languore ⁊ cū multa miseria vi
tā finiuit. in cuius morte ita cōmotus
est aer. ⁊ tanta facta est intemperies ꝙ
vix potuit sepeliri. Mater autem mor
tua in magna ꝓsperitate. magna facta
est serenitas. ita ꝙ viderent̄ ꝓtre ei cle
menta. ⁊ cū maxio honore est sepulta.
Et cū filia cogitaret cuius vita magis
esset eligenda. ⁊ videret ꝙ matris cui
ta ꝓspere semp̄ succesisset in pctō suo.
⁊ videbat habuisse ita pulcerrimū finē
visum fuit ei ꝙ ipa duceret ad loca tor
mentoz. ⁊ ꝙ videret ibi matrē suā mi
rabilr torqueri a demonibus ⁊ cū alijs
pctōribuus. Postea ducta est ad locuz
inestimabilis claritatis. in quo vidit pa
trem suū cū alijs multis speciosissimū.
⁊ ineffabiliter exultantē. ꝙ cū ipsa ro
garet vt posset ibi morari ⁊ remanere cū
eo. dixit ille ꝙ si vellet ibi cū eo morari
vitā duceret illā ⁊ pniam p̄ que ipse ad
illa bona deuenerat. aliter si matrē imi
taret cū matre puniret. Jlla aūt redīs
a visione in bona vita perseuerans pa
trem imitata.

¶ Exempla de purgatorio. Capl'm. III.

IN vitis patrū di
cit. ꝙ cū quidam malus ꝓpos
tus esset qui nec deum timebat nec ho
mines reuerebat. deus misertus eius de
dit ei grauē q̄ndam infirmitatē. in qua
expendit oia q̄ habebat in medicinis ⁊
alijs ⁊ nihil valuit ei. Vñ cū p q̄nquē
nū sustinuisset ita grauē infirmitatem.
cū nō posset surgere nec haberet aliq̄d
vnde necessaria posset habere. ⁊ ab oi
bus destitutus esset. ⁊ ꝓpter pauptatez.
⁊ vilitatē languoris. ⁊ doloz. cepit de
sperans murmurare ctra deū. ⁊ hoc ꝙ
istis miserijs tādiu viueret. Dicitur ei
angelus increpās eū de murmure. mo
nens ad patiam. ⁊ vt per duos annos
alios sustineret p quos plene purgatus
statim euolaret. Qui cū diceret se h̄ fa
cere nō posse. se potius velle occidi. di
xit angel⁹. ꝙ aut duos ānos opteret eū
sustinere. aut p duos dies in purgato
rio. Jste autē pene acerbitate sentiens
credidit ibi fuisse p infinitos dies aī q̄
dimidtā diē cōpleuisset. clamans ⁊ eiu
lans ⁊ ꝙquerens angelū mendacē. nec
angelū esse ꝑ dyabolū. Affuit angelus
ad patiam monēs eū ⁊ arguēs de mur
mure. ⁊ dicens q̄parū fuisset ibi. Tunc
rogauit angelū ꝙ reduceret eū ad ꝓ

rem statū. et si vellet ipse paratus esset non solum sustinere patienter vsq; ad duos annos imo vsq; ad diem iudicij. Quod fecit angelus. et vsq; ad cōplementū duoꝝ annoꝝ oia patienter sustinuit. ¶ Petrus cluniacēn. dic̄ q; cuidam sancto viro ꝓstrato in oratione in die sancto veneris rapto in fletu vsq; ad diem pasce. fuit facta hec reuelatio. Vidit in purgatorio q̄ndaz grauissime puniri. qui fuerat magne gulositatis. quia frequenter consueuerat nimis bibere. Qui cū aliq̄n excessisset in potu. diabolus ingurgitatū suffocauit eum. ascendens sup cor eius. ꝛ dum eū traheret ad infernum beatus nicolaus quem multū dilexerat et honorauerat occurrit eis et traxit eos ad iudiciū dei qui grauissime pene purgatorij adiudicauit eum. ¶ Item vidit alīū ibi q; fuerat miles largus. curialis. hospitalis et continens in suo cōtugio. ꝛ multas bonas gr̄as habuerat. tamen multum semp amauerat ludum autem. et aucupium semper fuerat secut⁹. hic ab alijs penis fuerat liberatus. excepto eo q; auiculaz in manu tenebat. que cum rostro ꝛ vnguibus manū eius dilacerabat. ꝛ maximū dolorē ei inferebat.

¶ Item vidit ibi quendam militem iuuenem. qui fuerat vanus ꝛ vicios⁹ et crucem acceperat ꝛ obierat. qui ꝓ totam diem a demonibus torquebat mirabiliter in medio rogo. de nocte faciebat pegrinationē trāsmarinam. sed parū ꝓficiebat ꝓpter tenebras ꝛ noctis intemperiē. ꝛ vie ꝛ aeris incōmoditatē. quē facto die demones reducebant ad tormentū affligendum. facta nocte vbi primo acceperant eum reponebāt et sic postea. ¶ Vidit idem qui supra alium militē qui cum haberet ius patronatus in quadaz ecclesia accipiens a quodam clerico. xxv. marcas ꝓsentauit eum ad curam. Qui de hꝭ penitens mandauit vxori reddi pecuniā dictam a peregrinatione transmarina in qua mortuus est. et q; missas faceret ꝓ eo celebrari. hic dicte pecunie denarios accensos singulis diebus ministrantibus sibi demonibus accipiebat ꝛ reddebat. ꝛ dicebat se liberari posse omnino vt credebat. si adhuc ꝓ eo reddita pecunia quinq; tricenalia celebrarent. multam em̄ accepat pene alleuiationē per missas ꝓ eo celebratas. ¶

¶ In dyal. dicit q; quidam abbas moriens cum interrogaret a monachis suis quem ei substituerent in abbatē. motus carnaliter monuit ꝛ consuluit q̄ndam nepotem suum sibi substitui. Qō et ipsi fecerunt. Cum aūt dictus nepos factus abbas iret solus ad fontem q; erat in ortu suo. audiuit de fonte exire quasi vocem auunculi sui mirabiliter plāgentis. Quem cū adiuraret abbas vt ei diceret quis esset. dixit se esse auunculum suuz. qui mestimabiliter ibi vexaret. quia motus carnaliter eū eligi suaserat. Et cum diceret nepos q; ibi non multum posset affligi in fonte temperato. rogat vt deferat candelabrū cupreū quod erat retro altare ꝛ ponceret in fontem. Quod ille fecit. ꝛ statim in aqua quasi cera candelabrū in ignē. ꝛ butirum in olla bullienti liquefactum est. et tunc abbas resignauit nec euz vltra audiuit. ¶ Audiui a quodaz fratre apulo. q; cum quidam in quodam monte iuxta vulcanum vbi dicit locus purgatorij prope ciuitatez catheñ. q̄reret equum domini sui. inuenit vt sibi visum est ciuitatē q̄ndā cuius erat ostiolum ferreum. et quesiuit a portitore de equo quem querebat. Qui respondit. q; iret vsq; ad aulam dñi sui qui redderet cum vel doceret. Et adiurat⁹ ab eo portitor ꝓ deum q; diceret ei quid ageret. dixit ei portitor. q; caueret ne comederet de aliquo ferculo quod ei darēt. Videbat ei q; videbat ꝓ vicos illi⁹ ciuitatis tot homines quot sunt in mūdo de omni gēte. ꝛ artificio. trāsiēs per multas aulas venit in quandaz vbi vidit principē suis circūuallatū offerunt ei multa fercula nō vult de eis gustare

ostendunt ei quattuor lecti ⁊ dicitur ei q̄ vnus eorum erat dño suo paratus. et alij tres trū feneratorū. et dicit ei princeps ille. q̄ assignabat diez dño suo talem pemptorū. ⁊ tribus dictis feneratoribus. alioquin venirent inuiti. ⁊ dedit ei ciphū aureū cooptum operculo aureo dicit ei ne illū discooperiret. sed illum in huius rei intersignū p̄sentaret domino suo. vt biberet de potu suo. equus sui ei redditur. implet iussa. ciphus aperitur flāma ebullit. in mari cū ciphō ꝓijcit. mare inflāmat. ¶ Cum quidā capellanus apud nouū castrum in diocesi lausan. guilhelmus nomine. qui etiam sanctus mō dicit ꝓpter miracula multa q̄ dñs dicit p eū fecisse. esset in domo sua sup lacum maximū et q̄dam miles q̄ erat cum eo quereret ab eo. cur se affligeret. imo q̄si occideret. ieiunijs. cilicijs. ⁊ lacrimis. cum assertione dixit. q̄ vellet esse vsq̄ ad diem iudicij in tanto igne q̄ntus erat lacus. ⁊ esset securus q̄ posset euadere cum omni penitētia sua vel igne inferni vl̄ purgatorij. Et referebat quoddā exemplū. Q̄ cum q̄dā latro fugaret ab hostibus suis. videns se nō posse euadere prostrauit se in cruce ⁊ dixit. q̄ bene mortem ꝓmeruerat. q̄ deū offenderat. flebat ꝓ hoc. confitebat se peccatorē. et rogabat eos vt eū de eo vindicarent. exponēdo membra martirio. Quidā aūt erat heremita ꝓpe qui multis annis maximā penitētiaz egerat. cui reuelatū est q̄ angelus cum laudibus in celū illi latronis animam deportaret. Qui nō egit deo gratias. sed indignat hoc dicens apud se. q̄ postq̄ se exposuisset oībus flagicijs similiter in fine peniteret. et sic ei fieret vt latroni. Et cum ad seculum rediret transiens aquam de ponte cadēs submergitur. ⁊ a demonibus in infernuz ꝓijcit. ¶ Itē cū beat⁹ Marcialis vnus de. lxxij. discipulis gentē lemouicensiū conuertisset cum duce eor. ⁊. xv. milib⁹ militū vna die baptizatoꝝ. cum redissent de roma vbi beatum petrum visitauerant. ⁊ transiissent iuxta quendā fluuiū cū filius cuiusdaz comitis picta uien. in flumine se balnearet. a diabolo opprimitur et extinguit. Et cum inueniri non posset. beatus marcialis rogatus venit ad fluuiū adiurans demones qui hoc fecerant. vt visibiliter apparerent et defunctū reddant. Tunc exierunt de flumine tres demones q̄si ethiopes fuligine nigriores. manibus ⁊ pedibus terribilibus. oculis cruentis. capilli totū corpus tegentes. qui ⁊ per nares ignē sulphureū emittentes. loquendo vocem corruinaz emittentes. Et cū iussi dixissent nomina sua ⁊ officia sua p̄cepit ne alicui nocerēt. sed deserta peterent. Suscitauit iuuenem qui narrauit quō eū demones suffocauerūt. Cū q̄ raperent eum ⁊ vellent catenis constringere. angelus dñi eripuit eū ostendens ei ignem purgatorij. ⁊ penā multiplicē eius. Et cum duxisset eū ad portam paradisi ⁊ demones ꝓ eo multipliciter litigarent. venit vox de celo p̄cipiens vt ad corpus rediret. ⁊ resurgeret et adhuc sederet annis viueret. Quib⁹ dictis se totondit. et sicut cum angelus docuerat. in mirabili abstinētia remansit. et btō marciali postea adhesit. Itez de horrore demonū de quo supra. K

¶ Audiui a fratre remeio viro perito et religioso. qui aliquando fuit prior ꝓuincialis fratrū predicatoꝝ. in puincia ꝓuincie. q̄ cum beatus dñic⁹. illas nobiles dominas quas ab hereticis manicheis rapuerat. in monasterio faniouis congregasset et sciret deo reuelante multas eas tentari de hoc q̄ dimiserant hereticoꝝ consortiū cum ipe p̄dicasset eis in ecclesia de seruitio dei ⁊ diaboli. et quō seruierant diabolo in errore illo. aliquas eaz nō bñ firmatas in ꝓposito persistendi in fide ait. et ego rogo dominū. vt vobis ostēdat cui domino seruuistis. Tunc de cāpanili sub quo erant. ꝓ foramen corde exuit catus ⁊ eterrum? excedens magnitudinez aliorum. Quod foramen ita arctū erat

et lapideum vt vix corda inde descēderet. ⁊ subito ꝓsilijt in medio eorū. Cui? aspectu et horrore ita fuerunt pterrite ꝙ vix viuerent. Tunc beatus dñic? abiurauit cum ꝙ ab eis omīno recederet nec eas super hoc de cetero infestaret. Quo dicto catus dictus saltās ad cordam rediit eo mō quo descenderat per idem foramen eis videntibus ꝓ quod vix aer modicus cum dicta corda videret intrare. ¶ Q̄ aūt missa ⁊ sacre eucharistie oblatio proficiat existentibus in purgatorio patet multis exemplis. Greg. dyal'. xxiij. dicit ꝙ cum due sanctimoniales seruum dei q̄ sibi ministrabat exteriora. tumide ꝓ nobilitate carnis. multis contumelijs afficerent. beatus benedictus hoc audiens mandauit eis. Corrigite linguā vestrā alioquin excōico vos. Quam sententiā vt dicit Grego. non intulit ꝓferendo sed intentando. Quibus nō correctis. sed defunctis. cum dyaconus clamaret. q̄ non cōmunicat det locum. nutrix earū de sepulcris suis videbat eas sp egredi. Quod audiens beatus benedictus eas absoluens oblationem dedit ꝓ eis eam ꝓpitius immolari. qua immolata non sunt vlterius vise egredi. quas ex hoc patet cōmunionē recepisse ꝓ seruum dei vt dicit Grego. ¶ Item dicebat Petrus cluniacēn. abbas ꝙ q̄dam sacerdos cōsueuerat singulis diebus anni celebrare. Requiē eternā ꝓ mortuis. Qui cum accusatus essz apd̄ suum epm suspendit eū ab officio. Cū aūt eps in quadaz magna festiuitate tret ad matutinas trāsiens per cimiterium visum est ei ꝙ omnes mortui qui erant in cimiterio surgerent cōtra illū sub illo scemate cuius officij fuerāt in mundo dicentes. Iste eps nullas missas nobis dat. in sup sacerdotem nostr̄ abstulit nobis. sed certe nisi emendauerit morietr. Qui non solū sacerdotē absoluit imo ꝓ mortuis celebrauit. ¶ Item dyal'. xxiij. dr. ꝙ dum q̄dā paulus monachus sine licentia visitassz parentes ⁊ sine bñdictione. mox defunctus est ibi ⁊ sepultus. sed sequenti die eum extra inuenerūt. ⁊ hoc quotiēscū ꝙ cum sepeliebant inueniebant eūz sequenti die extra. Parentes eius recurrentes ad beatum benedictuz accipiēt ab eo sacraz cōmunionē. vt eam cum omni reuerentia ponāt super pect? defuncti. ⁊ sic sepeliebant. qd̄ faciunt nec vltra reijciē. ¶ Item dr ꝙ cū quidā eps gebeñ. faceret piscari i lacu. extraxerunt piscatores maximū aceruū glaciei in estate. de quo audierūt extre vocem plangentis. Post adiurationē respondit vox. ꝙ erat aīa cuiusdaz piscatoris. in purgatorio grauiter afflicta: et rogauit epm ꝙ ꝓ ea celebraret. hñs glaciem sub pedibus vsq̄quo esset resoluta. ⁊ tunc sciret eam liberatam esse. Quod ⁊ ipse fecit. ¶ Item dyal'. lvij. dicit Grego. ꝙ dū felix p̄biter ad lauandū ad balnea veniret. iuenit ibi ignotum hoiez ad eius obsequiū ꝓparatū. qui cum discalceabat. ⁊ vestes ab eo accipiebat. ⁊ āministrabat. Cū aut̄ hoc pluries fecissz veniēs ad balnea duas coronas panum ei detulit. quas cum balneat? ei offerret. dixit se illo pane non indigere. quia fuerat dñs illius loci ibi ꝓ culpis suis grauiter torquerētur. sed rogauit eū ꝙ ꝓ eo in altari oīm potenti deo offerret. ⁊ sciret se exauditū si eū rediens nō inueniret. ⁊ ꝫ dicto disparuit. Dictus aut̄ p̄biter p septimanam integram pro eo se affligēs. ⁊ singulis diebus sacrificium offerens. eum dē rediens ad balnea non inuenit.

¶ Item dyal'. lvij. In monasterio beati Gregorij fuit quidaz monachus iustus nosse. qui grauit infirmus tres aureos quos absconderat fratri suo carnali tradidit. Qd̄ sciēs b. Grego. ꝓcepit ne aliqs fratrū morienti assisteret. ꝑ ff̄ suus et cām h? rei diceret. vt in morte doloz ei? animū transuerberaret. qd̄ cū frater eius ei dixisset grauiter ꝓ cōmisso dolēs ⁊ gemēs i ipso dolore quē habuit ꝓ ꝓmisso mortuus ē. quez fecit

beatus gregorius in sterquilinio sepeliri ⁊ tres aureos cū eo ꝓijci a fratribus dicentibus. pecunia tua tecū sit in pditionez. triginta diebus elapsis ꝑce pit btūs gregorius defuncto ꝓpatēs. vt in singulis diebus vsq; ad tricesimā ꝓ eo celebraret. Nō factū est. et die tricesima apparuit defunctus fratri suo carnali. Qui cum quereret quō esset ei ait Usq; modo male fuit mihi. sed mō bene. qz hodie receptus sum ad cōmunionē Nō referens fratribus iste ignorans quid egissent. cōputantes dies inuenerunt ꝙ dies esset in qua tricesima oblatio ꝓ eo fuerat immolata. ℟

¶ Item in vita marie dignī quā scripsit mgr iacobus de vitria cotusculanēn. epūs dicit ꝙ cum dicta maria deuotissime oraret. vidit infinitā multitudinez manuū ad eam directam ⁊ cōiunctarz ad inuicē. Sequenti die cum transissz ꝑ cimiterū vidit easdem manꝰ ab imo conscendere. quasi vellent eam detinere. Ad quaz visionez pterrita fugit ad ecclesiam rogans dñm. vt intimaret ei quid hoc sibi vellet. Tunc dictum ē ei ꝙ erant aīe existentes in purgatorio q̄ orationes eius petebant. in ōbus multū bñficiū recipiebant. ¶ Item in ꝓlogo eiusdē vite ōr ꝙ quedam mulier defuncta ad ꝑces aliquorum de pena purgatoria reuocata ad vitam vt penitentiam hic compleret ita affligebat se ꝙ in sepulcris habitabat. in niue ⁊ glacie et igne se inuolucbat. que cum hic penitentiā fecisset. hoc donum habuit vt frequenter extra se raperet ⁊ alias in purgatorio conduceret. et ꝑ purgatorium sine aliqua lesione transiret. ℣

¶ Item ōr ꝙ cum quidam guilhelmus archidiaconus parisien. esset legatus in terra albigien. et q̄daz miles strenuus pfecisset ibi strenuissime quadragesimam. et terra remaneret in periculo. nec vellet ꝓ aliquo stipendio ibi remanere. dixit ei legatus ꝙ auctoritate dei ⁊ pape et ecclesie concedebat patri suo defuncto indulgentiam ꝛipse ꝓ eo ꝑ aliam quadragenaz sustineret laborem ibi. quod fecit miles. quibus cōpletis pater eius apparuit ei luce clarior. gratias ei agens ꝓ sua liberatiōe

¶ Legitur in vita sancti Severini colonien. archiepi. de quo fit mētio in vita sancti martini. ꝙ post mortem apparuit illi archidiacono suo. qui audiuit in transitu dicti beati Martini voces cum eo indutus pontificalibus. habens nubem super caput eius stillantē ei guttas igneas super caput. Qui cū quereret quare hoc pateretur cum sanctus crederet. respondit eo ꝙ horas suas negligēter dicebat. quia cum famuli sui inter horas secularia negocia ingerebant eis intendebat. nec horas cū suis clericis tunc dicebat. Et cum quereret si esset illa pena magna. cecidit vna gutta sup brachiū eius cōburens ei carnem vsq; ad ossa. Qui cum eiularet pre vehementia doloris ait sanct⁹. Noli timere. nunc videbis quāta possum apud deum. et elevauit manum ⁊ in signo crucis statim curauit eum.

℣ Narrauit frater Petrus dict⁹ remen. epūs post agen. Qꝰ quidaz frater religiosus valde dictus frater matheus hispanus apparuit cuidam fratri post mortem in clara facie dicens. ꝙ post mortem detentus fuerat per q̄tuordecim dies in purgatorio. ⁊ cum q̄reret causam huius fratet dixit. ꝙ hoc fecerat negligentia illorum fratrum qui missas et ea que ipsi debebant non ita cito soluerāt vt debuissent. ⁊ monebat fratres super hoc ammonendos. vt citius soluerent. ¶ Item dicit in hystoria Karoli magni. ꝙ quidaz miles moriens in exitu hyspanie de rōceuar dimisit equum suum cuidam nepoti suo vendendum. et pauperibus erogandum Quem nepos videns bonum sibi reputauit. Cum aūt ille pegisset penitentiaz suam in purgatorio apparuit nepoti suo valde pulcer dicens. ꝙ non impune ferret. ꝙ ꝓ retentione eius legati cum tantum in purgatorio dimisisset.

In crastino cū ipse iret sup equū multis vidētibus ⁊ mirātibus infinitis corui et fere eum lacerauerūt ⁊ occiderūt

3 Dicit q̄ q̄dam miles fuit raptor ⁊ flagiciosus. q̄ ad instātiaz vxoris sue que valde deuota erat venit ad p̄fitendū ep̄o suo. Qui cū reus esset multoꝝ homicidioꝝ ⁊ aliorū sceleꝝ. nec vellet ire romā vel aliā penitentiā facere consignā. ait ep̄s p̄fisus de dño q̄ in facto suo aliquod cōsiliū deberet apponere Tu inquit q̄ tot noctes in seruitio diaboli vigilasti. velles tu saltē hoc modi cū facere. q̄ p noctē integrā in dei seruitio i ecclesia vigilares. nullū alij loq̄ns vel intendens nisi deo ⁊ sanctis ei⁹. rogando eos p tua salute. et hoc soluz tibi iniungimus p remissione oīm pctoꝝ tuoꝝ. Ille cogitās de bono foro q̄ sibi fiebat et de leuitate ⁊ breuitate dicte penitentie. hanc gratanter accepit. Quē ep̄us in ecclesiam introduxit. firmans hostiū. ⁊ p̄cepit ne oīno vsq̄ in mane alicui loquerē. nisi vt dictuz est vsq̄ quo ipse ad eum rediret facto mane. Cum aūt circa mediā noctē miles corā crucifixo in pace vigilādo orasset ecce quedam claritas incepit per ecclesiā fulgere quasi si diescerēt diabolo p curante et visa est porta apta. et homines et mulieres quasi ingredientes ad orandum. Incepit audire quasi strepitus quadrigaꝝ multaꝝ. et visuz fuit q̄ intrarent ecclesiam mercatores qui dixerunt ei q̄missi essent ab vxore sua. q̄ mercatores erant ducentes multas q̄drigas et volebant eum habere p guidato ⁊ conductore p terrā vicinam. et dare sibi de pecunia sua ad bñplacituz suum. Cum autē videret ei q̄ dies nō ita cito deberet esse. ⁊ q̄ nec episcopus ad eū venerat. cogitauit apud se q̄ nullo modo suā penitentiā frangeret. Cū autem illi sollicitarent eum qualiter eis responderet. et ip se immobilis oraret. indignantes recesserūt. et quasi ad domum eius euntes adducunt ei vnum diabolum in specie vxoris transfigurātum. et aliū in specie ꝓueri sui paruuli quē maxime diligebat quez portabat inter brachia mater. ⁊ dixit ei vxor. Domine quid respondebitis istis mercatoribus. mō iuste potestis lucrari qui solebatis aliena rapere. Similiter puer pomū ei porrigebat et ei applaudebat. et loquebat balbutiendo. Cum autē nec per hoc stupens se moueret aut loqueretur eis. incepit vxor flere ⁊ se miserā dicere. p viro suo qui loquelā amiserat et sensum. Et cum nec sic loqueret. mutant se demones in similitudinem epi scopi et clericorū ⁊ veniunt ad militez. Ille fictus ep̄s cum clero suo dicens. Benedicite fili. bñdicat tibi dñs. quō fuit tibi. ⁊ huiusmodi. obstupuit miles et hesitans diu si responderet. quia nō videbatur ei nox transisse. rogabat intra se dominum. ne deciperetur. et deliberauit se primo signare q̄ loqui. Qō cum faceret confusi demones inuertūt se in horribiles species. militem verberātes vsq̄ ad mortem. ⁊ eum acerrime torquētes. Cum aūt ad crucifixū oculos leuaret. et iesum crucifixū ⁊ matrē eius in suum adiutoriū inuocaret. cōfusi cum maximo sonitu fugerūt. Mane autem facto aperiens porta ep̄us venit ⁊ inuenit eū q̄si mortuū. Qui reuersus ad vires retulit q̄lē sibi fuerat. Et cū ep̄s diceret ei q̄ ei aliā penitētiā non iniungeret. ille in artissima penitentia p̄mansit dicens q̄ magis vellet mori q̄ demonib⁹ tā crudelibus seruire de cetero. vel in manus eorum cadere.

In vitis patrū ō⁹ q̄ q̄dam migrans rediit ⁊ flebat dicēs se audiuisse infinitas voces flētium ⁊ dicentiū. Ue nobis q̄ nō fleuimus. Et dicebat idē. si possibile essz. q̄ hoīes viderēt aductum iudicis. celos scissos. deum iratum ⁊ ea etiā q̄ p̄cedēt iudiciū. totus mūdus morere tur. quod patet in hoc q̄ oēs homines q̄n aductum morientur.

Exempla de iudicio et accusatione sanctorum.

Capitulum IIII. A

Quidam scolaris cum adamasset quandam an tē̄ misset ad scolas. cedens de eis. cum illa sollicitaret eū venī mecum ait. et duxit illam in medio foro ⁊ dixit ei. Hic para te vt agā q̄ vis. Illa dixit. non hic vbi viderēt nos homines. sed in domo. Respōdit. Si tu nō vis hic ꝓpter homines. nec ego in domo ꝓpter deum. ⁊ celestem curiā. q̄ me videret. Item ad illud ponet exemplū de thaide meretrice. ⁊ pānicio supra de speciebus timoris. ℟ Dicitur ꝙ cum q̄dam barbitonsor singulis annis festum faceret beati nicolai. reficiens clericos aliq̄n cum deficeret ei carnes ad hoc necessarie. furatus est porcū cuiusdam vicini sui. cogitans cum diues esset ꝙ non esset peccatus. Quē cū nollet deus sic decipi. venit ad eum in specie cuiusdam hominis. quasi ꝓraenda barba sua. qui cū vellet ei collū primo madidare. inuenit collū plenū oculis. Et cū resiliret p̄ stupore. ⁊ quereret quid hoc esset. ait illi dñs. Ego sum ille qui video ante ⁊ retro. ⁊ vndiq̄ qui bene vidi quando in tali hora. ⁊ in tali loco furatus es porcū talis hois. sed restitue ne damneris. quia immolātis er iniquo oblatio est maculosa. Eccli. xxxiij. c. Et hoc dicto disparuit dñs

Item in passione beati ypoliti legit ꝙ decius ⁊ valerianus p̄fecti traditi sunt beato laurentio ⁊ ypolito cruciandi. q̄ eos torserant et occiderāt. Dicitur aūt ibi. ꝙ cū Decius imperator ⁊ valerianus p̄fectus de curru aureo descēderent in theatrū post passiones beati Laurentij ⁊ ypoliti. vt christianos iudicarent ⁊ supplicijs interficerent. subito arreptus a diabolo Decius clamauit. Ypolite catenis asperis ducis me. Valerianus clamauit. O laurenti catenis igneis me trahis. Qui statiz presente decio expirauit. Decius autem per triduū grauiter afflictus ⁊ veratus a diabolo mortuus est. Ad idem est q̄d dicit Grego. dyal. xxxj. de hoc ꝙ quidā heremita vidit iohannē papam. ⁊ Simacum patricium. quos icz Johannē in carcere theodoricus rex affligendo occiderat. ⁊ alium ferro trucidauerat. scz Simacum. ducentes dictum theodorici cum regem vinctum catenis projectum vulcanum. De hoc habetur etiam supra. ij. C. Item in passiōe sancti Georgij. cum dacian? rediret de martirio beati Georgij cū socijs suis. igne de celo missō sunt consumpti. Et notādum ꝙ mali virga sunt ⁊ baculus quo dominus flagellat bonos. iuxta illud ysa. x. a. Ue assur. Virga furoris mei assur. ⁊ baculus me? est ipse. Sicut pater postq̄ virga verberauit filium suū ad placandū eum dat ei virgam qua verberatus est in manu vt de ea faciat voluntatem suam. et se de ea vindicet. frangendo et in ignem ꝓiciendo. Ita deus in manus sanctorū ponit malos per quos ipse tanq̄ virga flagellauit bonos. vt eos in ignem inferni ꝓiciāt et eos ad voluntatem suam flagellent Mal. viti. Salietis sicut vituli ⁊ calcabitis impios ⁊c. Unde de hoc elegās ponit exemplum Grego. dyal. j. de rege vandalorū. cui visum fuit de nocte ꝙ rapetur ad iudicium. ⁊ ꝙ videret iudices sedentes in tribunali cōtra se iudicantes ⁊ flagellū q̄ acceperat repetentes. inter quos vidit paulinū epūm qui cum dedisset pro captiuis quicquid habuerat. dedit se captum pro filio vt due liberando. et factus est ortulanus generi regis vandalorū. cui mortem dicti regis p̄dixit. et ille regi. Qui mortuus est vt paulinus epūs predixit. ⁊ flagellum potentie per quam multos bonos flagellauerat reddidit. et potens potenter tormēta passus est. et ipse datus est sanctis quos torserat ad torq̄ndum. Et nota ꝙ si tam sancti hoies. ⁊ innocentes ⁊ virgines vt fuit johānes. Apoc. j. ⁊ Daniel cum sōc. viij

Exempla:

et.p.viso vnico angelo ꝯli mortui ecci derunt.cum mitterent ad eos consolationē.quid facturi sunt peccatores in iudicio videntes tot sanctos et angelos missos ad eos desolationē ꝛ ꝓdemnationē. ¶ Iudicabit dñs sim intētiones ad exemplū cuiusdā iudicis.cuius quo venerūt due mulieres de vno glo bo filii.quelibet dicebat ꝙ globus suꝰ erat. Tūc iudex quesiuit a qualibet cū quo inchoauerat globus. Altera dixit ꝙ cum carbone nigro.altera ꝙ cū panno albo. Tunc iudex dixit. Revoluite globum quale fuerit initium. ꝛ reddite filum illi cuius patebit initius. Inicium boni operis est munda intentio. que lucrabitur boni operis globum. si autem male intentionis carbo inueniatur ibi.iudicabitur opꝰ malū. Matth. vij. Arbor mala.i.intētio mala fructꝰ malos facit et bona bonos.id est opera bona. Eccl.xj. In fine hominis denudatio operum eius. ¶ Legitur in vitis patrum ꝙ quidam rex bonus habuit quendā militē in armis ꝓbum sed in moribus ꝛ vita corruptū ꝛ repro bū. frequēter ammonitus in sanitate contēnebat se corrigere. Cū aūt impro uisa infirmitate ferirēt a rege visitatur ad penitendū ꝛ ꝓfitendū moneꝝ. Qui hoc renuit dicēs. ꝙ hoc videret facere ex timiditate cordis ꝛ restabat ei satis de tpe ad hoc faciendū. Cum aūt grauior infirmitas succresceret.et iudicare tur esse in ꝑiculo mortis. adhuc eū rex visitauit monens ad penitendū. Qui dixit. O domine mi rex.nimis tarde ē cum iam sum iudicatus ꝛ damnatus non possum penitere.quia ante paruꝫ anteꝙ huc ingrederemini. intrauerūt domū istam duo clarissimi ꝛ speciosissimi.quorum vnus sedit ad pedes lecti mei.et alius ad caput.ꝛ dixerunt. Iste adiudicatus est morti.videamus si aliquod nos habeamus in eo. Et vnus extraxit librū de sinu speciosissimus.et valde paruulū litis aureis ꝛ fulgētib⁹ conscriptum .in quo ꝙ ante ꝛras nescie bā oīa legi ꝛ sciui.et vidi cōscripta aliqua bona licet pua que fecerā in iuuē tute mea anteꝙ mortaliter peccassem. Sed cū miro mō exultarē in visiōe horū.ecce duo maximi et teterrimi demones intrauerunt.vnus portauit vnū librum magnū ad modū turris.scriptus teterrimis litteris.in quo vidi scripta omnia peccata ꝛ flagicia mea. ꝛ dixerunt demones angelis qui astabant. Quid hic facitis cum in eo nullū ius habeatis. cū liber vester tam ex annis multis nihil valeat sed noster pualeat Tunc angeli responderūt. ꝙ verum dicebant.recedamus ꝛ sibi adiudicatum dimittamus.quod fecerūt. Extūc duo demones ḧntes gladios mortis scindunt me.vnus ex pte capitis.alius ex pte pedum.ecce pcutiunt sup oculos ꝛ pedes.ꝛ amisi visum ꝛ pedes.et sic accedentes vsq̄ ad cor.subito cuꝫ occiderunt.animā rapuerūt.ꝛ in infernū deportauerunt. ¶ Cū quidā paꝰ sectans tabernas filiū puulum duceret ibi secum.factus grandis ita assuetus ludis est ꝛ tabernis.quod nō poterat retrahi.ꝛ furabaꝰ ꝑuno ꝑi.post victus q̄ ibi expenderent. Nec ꝑ suus primo corrigebat eū. Et cum factus essꝫ magnꝰ fur et iudicatus duceret ad suspendiū.rogauit ꝓ deo vt aduocaret ei ꝑ suus. Qui cum venisset ꝛ fleret.rogauit eum filius vt osculari etur eum ꝛ remitteret ei iniurtas. Quod cum faceret pater ita momordit illū filiꝰ vt amputaret ei nasum cū labio. Et cū de ḧ arguerēt ait.ꝙ melius debuisset cū occidere si potuisset.quia non ipsi basiuit sed ipse pater eū ad suspēdiū ducebat q̄ eū nō corripuerat.sed potius exēplo suo corrupat. Et dicit ꝙ dimissus ob hoc vitam suā correxit. ¶ Audiui de quodā ep̄o quem aliquādo ego vidi.ꝙ cum egrotaret apparuit ei diabolus dicens.ꝙ citabat cum summus papa p̄ eū.ꝛ assignabat ei diē quā ei noiauit.in qua dicebat oportebat eū rōem reddere de amministratōe sua Cui die

assignata visum est q̄ ipse traheret in cām cōtrā papa. et q̄ diabolus q̄ ei apparuerat cōtra cum de eo petebat ius a papa. de amministratiōibus suis q̄liter amministrauerat in officio priōratus quē ante habuerat. t qualiter in officio abbatis. tercio in officio episcopi fuerat cū niger priōr. abbas albus. et tandem erat epūs. Cū autē req̄reret de officio priōratus. t nesciret de eo rationē reddere querit ratio de abbatis officio. in qua rōne magis deficiebat. t maxime post in rōne ep̄atus. Cū autem in ea oīno deficeret. et peteret aliā diem sibi assignari. allegans q̄ non fuerat in ratione dicta p̄meditat⁹. assignatur ei alia dies pemptoria. illi valde p̄xima in q̄ debebat iudex procedere ad sententiā diffinitiuā. Cū aūt p hoc ceu laret fortiter ad clamorē eius conuenit familia eius. Cum hec dicta suo cōfessori indicass̄ t pluribus alijs. die seq̄nti apparuit ei diabolus qui p̄⁹ ei apparuerat vrgens eum ad reddendā rationē. veniendū coram summo iudice. Qui cum se nondū paratu⁹ clamaret. et eius aspectū horreret. et diabol⁹ eū magis purgeret. multis oīmibus astantibus surrexit de lecto in quo iacebat. volens fugere t demonē effugere. Cū aūt fugeret cum impetu impegit in columnaz petens inducias. et elisō in ea capite eccidit et exp̄iauit. ℟ Audiui q̄ cum q̄dam frater noster p̄dicasset in quadā ciuitate tuscie. et cum q̄ affuerant recitarent verba eius. et p̄mendarent p̄dicationē eius. audiēs hoc q̄daz demoniacus qui ligatus tenebatur ibi ait. imo potius diabolus p̄ cum loquebat. O hoīes iste frater nihil dixit populo ad p̄pationē huius qđ ego p̄dicarem. si p̄pō mihi loqui p̄mitteret. Si aūt p̄p̄m p̄uocaueritis p̄mitto vobis q̄ veritatē p̄dicabo. et in nullo mēt̄ar et q̄ in pace me habebo nullū oīno ledens. Cū aūt suasu aliquoz̄ p̄pus ad uocatus venisset. incepit reterere hystorias multas t de casu suo. t hoīs. et quō multos miserat deus in mundum p̄dicatores. p̄phetas. filiū suuz. apostolos. martires. p̄fessores. p̄dicatores. et minores. t ne aliq̄d omittat de⁹ de contingētibus nouerit⁹ ait me esse diabolū. q̄ vobis p̄cipuā veritatē predicare. vt deus magis habeat in die iudicij q̄d vobis imp̄ropet. t vñ vos ego magis accusem. et vobis obiiciat p ipsos diabolos veritatē vobis p̄dicatam fuisse Et vt vere diabolum me sciatis. ecce egredior. Et exiuit cum magno sonitu ab obsesso partē domus secū ferens

℣ Dicit q̄ accidit in theutonia q̄ q̄dam archidiaconus ambiens ep̄atū insidiabat ep̄o suo bono viro et sancto quō cū occideret Et cū p̄sueuisset dicere ep̄s venire ad matutinas. t p̄uenire ad os ad salutandā btām v̄ginez. et intrare p quandā portā veterem. collocauit archidiaconus lapidē sup portā dictā et veniens ep̄s vt p̄sueuerat. t apiens portā lapide cadēte ex cerebraī t mortit Archidiaconus cū multo labore obtinet ep̄atum. Cunq̄ p̄firmatus gaudēs obtineret t faceret conuiuiū receptōnis sue. q̄dam princeps seruiens in mensa coram eo flexis genib⁹ subito rapit ante tribunal summi iudicis. et videt ibi beatam virginē cū innumera multitudine sanctoz̄ t angeloz̄ adducentem dictum ep̄m portantē cerebrū suū in manibus suis. Et dixit btā virgo. Fili ad huc recente sanguine et vulneribus et cerebro. huius mei militis cui⁹ hec sūt vulnera. hic sanguis. hoc cerebrum. crudelis t p̄ditor homicida gaudet se obtinere pontificalē eius dignitatez. Respōdit dñs. Quē mittā et quis ibit nobis. Tūc beata virgo ait. Ecce hic seruitor⁹ suus. Cui dñs p̄cepit sub pena mortis. vt citet dīm suū p̄emptorie vt cito veniat coram eo de tā nefando crimine responsurus. et ei causam coram oīmibus exp̄imat. Qui statim rediens turbat⁹ infremuit. tremuitq̄. t cultellū quē tenebat ad seruiendu⁹ p̄cidit amarissime flens. Rogatus ab oīb⁹. t etiā

